

UNIVERSIDAD DE MURCIA

UNIVERSIDAD DE MURCIA

Aelij Antonij nebrissen.

ex grammatico rhetoris in complutensi gymnasio. atq; proinde historici Regii in quinquaginta sacræ scripturæ locos non uulgariter enarratos.

TERTIA QVINQVAGENA.

UNIVERSIDAD DE MURCIA

Aelii Antonii nebrissen. ex grammatico rhetoris: atq; Regii historici in quinquaginta sacræ scripturæ locos. Ad quā Reuerēdum in christo Iesu patrem ac [illegible]mētissimū dominū Do. Fratrē Franciscū ximenez. S.R.E. Cardinalē hispanum archiepiscopū Toletanū atq; hispaniarum mystarchen.

MNes uigiliæ meæ Pater amplissime quas abhinc decēnio sacris litteris impendi: eo spectare uidētur: ut aut quosdā locos librariorū negligētia uitiatos emacularē: aut quorūdam uerborū recōditos sensus in lucē eruerem. Sed cū mihi superior cēsura uocem intercluisset: ne quicquam hiscerem iis de rebus: quæ sunt a me multis laboribus excogitatæ: obtemperaui tamen apostolicis iussionibus: meq; ipsum repressi expectans tempus in quo possem animi mei sententiam libere testari. & ecce quod optanti diuum promittere nemo audebat: uoluenda dies en attulit ultro. Licet nāq; sub te o maxime religionis nostræ censor uti libertate: quid quisq; sentiat dicendi: dum modo id suo periculo agat: ut cōuinctus temeritatis suæ pœnas luat: & uictor exinuentis laudem reportet. Sed cum anno superiori Salmanticæ interprandendum recitarem Amplitudini tuæ quasdā in certos sacræ scripturæ locos annotationes meas: ex renidēti uultu atq; fautore tuo assensu facile perspexi: quam grata illi essent in hac parte studia mea. Quin et insuper si es memor: idētidem admonuisti me: ne sinerem subcisiuas illas obseruationes meas interire. Itaq; non existimo: quæ tuo grauissimo iudicio tunc uidebantur probanda: nūc ut reprobes: nisi forte tunc quasi priuatus auditor mihi blādiebaris: nunc uero quasi publicus cēsor aliud decernis. Libet itaq; ad apologiam illam in qua te iudice editicio ac nuncupato criminatoribus meis respondi: addere quinquaginta locos non uulgariter expositos: quos ex impressione ꝑpagatos uelut ex arce quadam tua mihi ad hoc munus tradita per omnes hispanias quasi præcursores metatoresq; uel potius excubias siue exploratores dimisi: ut ex illorum primo cum hostibus concursu captarem auspicia: cum fuerit mihi toto exercitu atq; omnibus copiis dimicandum: qualis sit futurus totius pugnæ euentus. Neq; enim dubito quin melioribus auspiciis ad me redeant: quā pentacontarchæ illi duo missi ab Ochozia rege israel ad Eliā thesbiten: quos ignis de cœlo descendens absumpsit.

UNIVERSIDAD DE MURCIA

N secundo paralipomenon uolumine Cap.ii. uulgo legitur: sed et ligna cedrina & arcentina & pinea mitte mihi. antiqui codices habēt sed & ligna cedrina & cupressīna & archeutina & pinea mitte mihi. sed ei quod est pinea in hebræo nihil respōdet. Pro eo uero quod in omnibus prope libris latinis legitur archētina: suspicamur debere scribi arceuthina. sed neutrum quid sit enarratores dicunt. Quicunq; tamē ille fuit qui dictiones sacræ scripturæ in ordinem alphabetarium redegit: uidetur habuisse codicē in quo pro arceuthina: thina tantū legeretur. sed ex eo nihiloplus intelligas: quod ligni genus illud sit. Nos uero lectionē uerā esse asseueram⁹ arceuthina: id qđ in codicib⁹ antiquis & recētioribus legitur: una tm̄ littera aspirata ex penultima in tertia ne syllabā reiecta: cū alioqui archeutina sit nihili uerbū. Sed an thina in eo loco possit legi: postea disputabitur. Nunc uero arceuthina materia quæ sit inuestigemus: & an tēplorū structuris cōueniat. Arceuthos græce latine interpretatur iuniperus. Inde est archeutinus. a. um. ea forma qua a cedro cedrinus: a cypresso cypressinus inflectitur. Atqui iuniperi materia quēadmodū & cedri ꝓpterea quod carie non sentit. nec teredini obnoxia est: tēplorū ædificiis accōmodari cōsueuit. Autor est theophrastus uicturuius in libris de arithmetica. & Plinius li. xvi. naturalis historiæ: qui narrat duo fuisse tēpla clarissima alterū uticæ in aphrica sacrum apollini: ubi cedrorū trabes suo tēpore durabāt: ita ut positæ fuere a prima urbis origine annis mille circiter ducētis. Alterū in hispania sacrum dianæ azacyntho adnectæ cū cōductoribus anno ducētesimo ante excidium troiæ: cui pepercit hānibal religione inductus: iuniperi trabibus adhuc sua ætate durantibus. Iam uero inter excidiū troiæ & Plinii ætatē nō multo pauciores q̄ꝑ mille quadringētī anni intercedūt: quibus si addas ducētos fiūt sexcenti supra mille annos. Itaq; non sine causa hæc duo potissimū genera materiæ petit Salomō ab hiramo tyriorū rege ad templi quod domino edificaturus erat constructionē. Sed peculiariter Theophrastus li. i. de stirpibus scribit utiliorē esse iuniperum ad rem edificatoriam tum subdialē tum obruendam sub terra. durat enim ut dicit immunis putredine. Sed cum hieronymus recte sit interpretatus arazini in cedrina: recte quoq; berosim in cypressina: uideam⁹ an recte uerterit in

ceuthina algumim. siue almugim: nā utrūq; legitur ex illoru [illegible]uetudi-
ne: qui plærūq; litteras & syllabas inuertūt. Q[illegible] si recte int[illegible]rpretatus
est hoc in loco: perperam in. iii. Regum cap̄ [illegible]rāstulit. Sed & classis in-
quit hiram attulit exophir ligna thina multa nimis: fecitq; rex de lignis
thinis pulchra domus domini. & paulopost nō sunt allata huiuscemodi
ligna thina neq; uisa usq; in præsentem diem. Huius quoq; materiæ me
minit Ioannes in apocalypsi Cap̄. xviii. Omne inquit lignū thinū & om
nia uasa eboris. &c. Aut igitur in alterutro loco mendum est librariorum
aut in paralipomenis speciē pro genere posuit. in tertio regum ipsum tā
tum genus lignorū. Sunt autē ligna thina quæ odorē optimum spirant:
qualis est cedrus. cypressus. & de quo nūc agitur iuniperus: qua nulla est
arbor odoratior. dicta thina a thinoo uerbo græco quod est odorē emit-
to. Est tamē quædā ratio quæ nobis persuadere possit algumim nō esse
[illegible]uthon hoc est iuniperū: quod pro iunipero hebræi uocabulū habēt
propriū. s. rothem. ut in. iii. Regū uolumine. cap̄. ix. Cū uenisset inquit
helias: & sedisset subter unā iuniperū. & paulopost & dormiuit in umbra
iuniperi. quibus in locis rothem legitur. Eodē nomine fuit una ex dua-
bus & quadraginta māsionibus de quib⁹ in libro numerorū cap̄. xxxiii.
de aseroth inquit uenerūt in rethma. profectiq; de rethma castrametati
sunt in remonphares. nā rothem & ræthma ex eadē origine idem signi-
ficāt: hoc est iuniperum: solaq; habitudine differūt. Hieronymus in epi
stola ad fabiolā de quintadecima māsione. rethma inquit trāsfertur in iu
niperum hoc est arceuthō. Idē quoq; autor in trāslatione iuxta hebraicā
ueritatē in psalmo. cxix. ꝓ eo quod nos ex editione luciani martyris ha-
bemus. Sagittæ potētis acutæ cū carbonibus desolatoriis: ipse cū carboni
bus iuniperorū interpretat⁹ est: ꝓ eo quod in hebreo retamim habetur.
Sed quod retamim ab eo quod est rothem siue rethma inclinetur: nemo
mirari debet: cū hebræi huiusmodi inflexionibus plærūq; utantur.

Artemon quid. ii.

Vcas in apostolica historia describēs tēpestatem illā qua pau-
lus apostolus fuit in mari deprehēsus: leuato inquit artemone
secūdum auræ flatū tendebat ad littus. Artemonem omnes in
terpretātur ueli quoddā genus esse: idq; uidetur ordinis con-
textus insinuare: sed nullo autore probāt. Vitruuius certe in libro de ar-
chitectura. x. trocleā eē dicit ad subleuāda onera excogitatā. Immo uero
m[illegible]chinā quæ tres habeat trocleas quod latinū esse uocabulū his uerbis

ostēdit. In [illegible]uce inquit machinæ collocatur tertia troclea. eā græci epagō
tā nostri ar[illegible]monē app[illegible]lāt. Isidorus dictionē esse græcā male putat: cū
per th. aspiratum debere [illegible]bi præcipit. Nulla enim dictio latina per th.
scribi pōt: sed neq; per aliquā aliā consonantē aspiratā. Nec obstat quod
Lucas in græco eo uocabulo utitur. Nā & græci multa uocabula cū ipsis
rebus a romanis acceperūt neq; id tantū nominib⁹ propriis sed etiā ap=
pellatiuis. qđ licet uidere ī dioscoride. galeno. paulo. æginita. plutarcho.
strabone aliisq; romanarū rerū scriptorib⁹. Quid quod illi qui cū paulo
uehebātur magna ex parte romani erāt: atq; etiā nauis ipsa forte Roma=
na: ut credibile sit illos romane fuisse locutos: & lucam uocabulo romano
usum. Meminit artemonis iabolenus libro ultimo digestorum in titulo
qui est de uerborum significa. l. malum. Malum inquit nauis esse partē
artemonem non esse labeo ait.

Azotus pro asdod. iii.

IRātur hebræi neq; possunt reperire quēquā: q possit etiam
reddere cur septuagiuta primum interpretes: atq; deinceps
illi qui sacrā scripturā interpretati sunt: quasdā litteras ī alias
quæ uidebantur multū dispares immutarint: ut qđ apud illos
legitur asdod. per. s d. litteras q̄ est ciuitas palestinæ nobilissima: cuiusq;
sacra scriptura toties meminit: quid uenit in mentē nō modo ipsis inter=
pretibus uerūetiam sæculariū litterarū scriptorib⁹ ut pro asdod azoton
hoc est. s d. in. z. mutarēt. Atq; ecōtrario p eo quod illi habēt ezras quo
noīe fuit nominatissimus illæ scriba legis per. z. litterā: ipsi eidras per. s,
d. interpretētur. aut quid simile habēt. s d. cū. z. aut. z. cū. s d. ut alterutræ
p alteris ponerentur. Atqui si reduxerimus ad memoriā quod in libello
de potestate litterarū scripsimus: oīs causa dubitādi fuerit sublata. Dice=
bamus ex græcorū autoritate quib⁹. z. littera cū hebræis cōmunis est: hanc
litterā cōpositā esse ex. s d. atq; in pnunciatione tātūdē pollere. Quē ue=
ro sonū lra per se habeat illic ostēdimus: neq; em̄ is est quē tē pestatis no=
stræ hoīes græci & latini putāt & qui a uulgo pfertur: sed ali⁹ multū dissi
milis ad. z. litteræ sonū pxime accedēs. Quid igitur? mēdosi si eiusdē po
testatis litteræ aliæ in alias mutatæ sunt? Quāq̄ id non potuisse nec de=
buisse fieri in eodē opere est a nobis disputatū cū de. x. lra differebamus:
qđ apud hebræos quoties duæ cōsonātes inter duas uocales obuenerint
prior ad præcedentē ad sequētē posterior pertinet: quare priori apicem
seba supponūt: ut illud ipsum ostendant. Atqui si azotus per. z. scribatur.

manifestū est totā illius uim sequēti uocali incūbere cum ap[illegible]hebræos diuisa sit. & si rursus ezras. per. ſ d. scribatur ex [illegible]ine consonantiū apud græcos & latinos. ſ d. ad syllabam sequentem pertinebunt.

Aurichalcum. iiii.

IN apocalypsi Ioānis Cap̄. i. legitur. Et pedes ei⁹ similes aurichalco sicut ī camino ardēti. Sed anteq̄ de aurichalco siue orichalco disseratur de trāslationis puritate disputādū est. Nā in græco nō orichalcū sed chalcolibanos habetur. quod uerbū ex uerbo latine ualet æreū siue masculū thus. Sic em̄ apud græcos chalceon p masculo & forti accipitur quēadmodū apud latinos æreus siue æneus siue ahene⁹. ut apd Horatiū in. iii. car. inclusam danaen turris ahenea. & apud eundē in pri. Episto. Hic murus aheneus esto Nil conscire sibi nulla pallescere culpa. Qd uero thus sit potius intelligēdū quā orichalcū satis ostēdit qd subdi tur sicut in camino ardēti. ac si dicat quasi thus in igne. Thus aūt accipere debem⁹ nō hoc nostrū adulterinum qd spirat surdū nescio quid turbi dūq̄: ſ qd affertur nūc ī hispaniā ex arabia sabæa atq̄ carmania. Id em̄ igni impositū cū suauiolētia puras atq̄ fumo defecatas corripit flāmas. Hinc apud Orpheū in hymnis frequēs est titulus chalcolibanos in apollinē in Latonā aliosq̄ deos. i. masculū thus siue masculi thuris sacrificiū quēadmodū apud Vergiliū in bucolicis legim⁹. Verbenasq̄ adole pingues & mascula thura. Cur uero interpres ex chalcolibano orichalcum uerterit: illā suspicor fuisse causam qd cum libanus duo significet lachrymā ex uirga thurea & montē phœnices atq̄ decapolitanæ regionis communē ex chalcos qd est æs & oros mons orichalcum est interpretat⁹ ac si diceret æs montanū. Nā qd uulgo dicitur aurichalcū nulla ratione defendi potest: tum ex illo principio omniū cōsensu recepto nō solere fieri cōpositionē ex latino & græco: tum etiā autoritate & ratione. Ratio autē illa nimirū est qd in carmine semper reperitur prima breuis. Vergili⁹. xii. æneid. alboq̄ orichalco circūdat loricā. Horatius quoq̄ in poetica. tibia nō ut nūc orichalco iūcta tubæq̄ æmula. Aurichalcū uero nō posse dici Sextus festus Pompeius autor est. Aurichalcū inquit quidam putauerūt cōpositū ab ære & auro. Sane uero orichalcū dicitur quod in mōtosis locis inuenitur mons etenim græce oros appellatur. Qua rationē secutus interpres orichalcum siue aurichalcū posuit pro masculo thure respiciēs alterā uidelicet libani significationē hoc est montis syriæ palestinæ. Post huius obseruationis meæ adnotationē cum ad curiā regiā proficiscerer

diuerti p[illegible]ululū ab[illegible]inere ut Ioannē Fonſecā Pallantinū epiſcopum ob iter ſalut[illegible]ē: qui co te[illegible]ore pallantiæ morabatur. Cūq; more meo illius urbis bibliothecas excuterē: luſtrarēq; cœnobiū diui Pauli quod a fratribus dominicis habitatur: incidi in uetuſtatis adorādæ cōmentarios ſup apocalypſim Ioānis ab incerto quodā autore ſcriptos: in quib⁹ huiuſmodi erat lectio: & pedes ei⁹ ſimiles auricalco libani. Quæ uerba in ipſius autoris expoſitione iterū atq; iterū repetūtur. Interpretaturq; libanū in albedinē: cū a ſenſu litterali diſcedit. Sed bone ieſu quāta eſt ueritatis uis: quæ quāq; undiq; labefactetur: ſemper tñ relinquit ſui ueſtigia & quaſi anſas quaſdā per quas ad illi⁹ inquiſitionē demonſtrationēq; peruenirí poſſit. Nā quis ex lectiōe illa nō uidet ab interprete locū illū ſic principio fuiſſe cōuerſum. & pedes ei⁹ ſimiles chalcolibano. i. maſculo thurí. deinde ab ignorātia librariorū adiectū fuiſſe auri & detractū libano: ſiue libani: qđ habet lectio codicis uetuſti tāctí uitioſe ſcripta pro libano. N[illegible] malit imperitiæ arguere interpretē: qui cum libanus duas ut diximus habeat ſignificationes hoc eſt thuris lachrymarū & mōtē paleſtinæ: relicto ſenſu quē autor intelligebat: alterū male cohærētē elegerit in hūc modū uertēs. Et pedes eius ſimiles chalco. i. æri libani. i. ex mōte illo paleſtinæ cōflato. Atquí græci in iis cōmentationibus quas nobis uidere contigit oēs exponūt chalcolibanon ꝑ arſenlibano ſiue arren libano. i. ꝑ maſculo thure.

Bethſaida pro bethesda. v.

In eo qđ in Ioanne ca. v. nos habemus. Eſt autem hieroſolymis ꝓbatica piſcina quæ cognominatur hebraicæ bethſaida: in græco euangeliſta ſic ſcripſit. Eſt autē hieroſolymis in probatica: aut quēadmodū codex pallātinus: & alii habēt ſup ꝓbatica. tūc interpūgēdo ſequitur: piſcina quæ cognominatur hebraice bethesda. ut ſint apud latinos tria errata. Primū quod in præpoſitio eſt detracta. alterum q probatica & piſcina per inde uidentur eſſe coniūcta ac ſi eſſet adiectiuum cū ſuo ſubſtantiuo: cū ſint ut diximus interpungēda. Tertium quod pro bethesda legitur bethſaida. Eſt autem euāgeliſtæ ſenſus. quod hieroſolymis in probatica: hoc eſt in ſepto ſiue ouili ſiue pecuario in quo pecudes cogebantur ut inde diſtraherentur ſiue ad ſacrificium ſiue ad laniena eſt: piſcina quæ cognominatur hebraice bethesda. Itaq; probatica ſubſtantiue accipitur ab eo quod eſt probaticus. a. um. quod probaton eſt ouis. ut ſit hæc probatica. æ. manſio ouium: quemadmodum dicimus baſilicam & regiam domum regis citra nominis

a illi[illegible]

substatiui expressionem. Bethesda uero interpretatur domus effusionis quoniam in eam piscinam cōfluebant aquæ siue pluuiales siue ductiles. Esda nāq; & asdod: quo noīe prius fuit dicta quæ postea sit cognominata azotus ciuitas nobilissima palestinæ: interpretatur effusio. Sūt aūt ut Eusebius cæsariēsis atq; diuus Hieronymus scribunt: in ea domo duo lacus: quorū unus hibernis pluuiis adimpleri solet: alter mirū inmodū rubens quasi cruētis aquis antiqui in se operis signa testatur nam. ut inquiūt hostias in eo lauari solitas tradunt. Atqui in .ii. Paralip̄. libro. cap̄. iiii. ubi de tēpli edificatione agitur: nō in lacu sed in cōchis æneis lauari cōsueuisse hostias traditur. Fecit inquit Salomon conchas decem & posuit quinq; a dextris & quinq; a sinistris: ut lauarēt in eis oīa q̄ in holocaustū oblaturi erāt. Sed credibile est post tēpli euersionē non in conchis illis q̄ a præfecto regis assyriorum siue alterutro ex illis erant iā babylonē trāslatæ: sed piscina illa lauari solitas esse hostias. Neq; enim in eo nūc laboramus an in piscina lauari consuetū fuerit hostias immolādas: sed ut uendicetur restituatur q; in pristinā atq; proinde uerā scriptionē locus ab incuria librariorū uitiatus: qui nominis uicinitate decepti pro bethesda scripsitarunt bethsaida. Cū sit bethsaida galileæ ciuitas prope geneſareth stagnū Petri Andreæ & Philippi apostolorū patria: interpreteturq; domus uenationis. Bethesda uero ut diximus domus effusionis aquarū uidelicet eo influentiū. Quare illi qui piscinā bethsaidā domum uenationis interpretantur dupliciter peccant: & quod uitiatā lectionē non agnoscunt: & quod alieni nominis interpretationem sensui accommodant: quem ipsi fingunt: non qui lectioni debetur. Bethdagon. vi.

IN primo regū uolumine Cap̄. v. legimus his uerbis tulerunt philistim arcam dei: & intulerūt eam in tēplum dagon: & statuerūt eā iuxta dagon & quæ sequūtur. Cecidit autē bethdagon in sortem tribus iuda ut colligitur ex libro Iosue. Fuitq; in confinio duarū tribuum Isaschar uidelicet & Zabulon: ut in eodē uolumine habetur. In primo præterea Machabæorū: intrauerūt inquit in bethdagon idolum suū ut ibi se liberarēt. & sequitur templum dagon & omnes qui fugerant ad illud Ionathā succendit igni. Qui hūc locū enarrauere nihil aliud dicunt q̄ dagon ex lingua syrisca interpretari piscem. & bethdagon esse domum siue templum piscis: sed quis deorum apud indigenas ignorant. Sed nos dicimus dagon esse quæ sit alio nomine dicta. Strabo. Plinius & Macrobius tum atharam tum atergatim eam

dem uoca[illegible]t. Quātu[illegible]q coniectura possumus assequi eadem est cognominata as[illegible]rte. de qua [illegible]iii. Regum uolumine Cap̄.xi. Colebat inquit Salomon astarten deam sidoniorum. Sed de astarte alias. Nūc de derceto. Narrat didorus siculus in.iii. bibliotheces libro fuisse non longe ab ascalone urbe syriæ clariffima stagnum piscibus refertum atq; iuxta illud insigne templum dercetus facie hominis ac reliqua corporis parte piscis effigie. Cuius figuræ causam hanc fuisse dicunt: uenerem ut adolescenti sacrificanti sibi gratificaretur: iniecisse animum derceto ut illius uoto ac precibus acquiesceret. Atq; deinde ex eorum congressu natā esse puellam: quæ postea sit cognominata Semiramis quæ fuit coniux Nini assyriorum regis nominatissima: Nympham uero & pudore admissi concubitus iunenem abegisse: & insantem in loca deuia atq; aspera exponendam curasse: se uero in stagnum illud dedisse præcepitem: atq; ita in piscem quali figura diximus transformatū. Vnde & syrii piscib[illegible] uescuntur quin potius illos quasi deos colunt. Templum uero quod illi deæ dicatum est cuiusq; Diodorus meminit: id est quod in sacris litteris appellatur Bethdagon. de quo Eusebius atq; Hieronymus in libro de topographia sacræ scripturæ. dicunt fuisse prope ascalonem inter iamnam & lidam quæ postea sit cognominata diospolis non longe ab azoto. Nā hæ quattuor urbes Palestinæ iudeæ intta ambitum qnadraginta miliū passuum continētur. Quod cum ex multis aliis sacræ scripturæ locis: tū ex primo Machabeorū libro manifeste colligi potest. Succendit inquit Ionathas azotum: & mouit inde castra & applicuit ea ad ascalonem. Transmutationis autem dercetus in piscem & illius filiæ semiramidis in columbam. Ouidius in.iiii. Metamorphoseos.

Incipit & dubitat de te babylonia narret
Derceti: quam uersam squammis uelantibus artus
Stagna palestini credunt mutasse figuram
Aut magis ut sumptis illis filia pennis
Extremos altis in turribus egerit annos.

Carmelopardaliis. vii.

IN secūda lege hoc est Deuteronomio cap̄.xiiii. Inter animalia quorū esus hebræis permittitur camelopardalim numerat. hoc est animal inquit quod comedere debetis. bouē. ouem. caprā. & subdit camelopardalim. Sed cum inter aīalia immūda camelus & pardus reponātur etiā ex genere; tū etiā noīatim camelopar-

dalis quasi mūda quadrupes esitāda illis proponi[illegible]r cū pre[illegible]tim paulo post dicturi sim⁹ qđ cornua gestet: bifidā ung[illegible]iabeat atq[illegible]x cōsequēti altera parte dētata sit ruminetq; & seuo p[illegible]guescat q̄ oīa adesse debēt quadrupedi q̄ sit hebræis uescēda. Qđ uero dicitur camelopardalis non ita accipiēdū est qđ ex cōmestione duorū aīaliū diuersi gn̄is sit ꝓpagata ut quidā male interprætātur illud Horatii ex. ii. epistolarum uolumine. Diuersum cōfusa genus pāthera camelo: Sed qđ capite camelū uarietate colorū pardū siue pantherā præ se ferat. Plini⁹ lib. viii. cap̄. xviii. camelorū inquit similitudo in duo trāsfertur aīalia. Nabim æthiopes uocāt collo similē equo: pedib⁹ & crurib⁹ boui camelo capite: albis maculis rutilum colorē distinguētib⁹: unde camelopardalis dictatoris cæsaris circēsibus ludis primū uisa romæ. Ex eo subinde cernitur aspectu magis q̄ feritate cōspicua. quare & ouis feræ nomē inuenit. hæc plini⁹. Varro quoq; de [illegible]ua latina. Camelus inquit suo noīe syriaco in latinū uenit: ut alexandria. camelopardalis nuper adducta quæ erat figura ut camelus maculis ut pāthera. hoc est pardalis. quā em̄ nos pantherā græci pardalim uocāt. Pāther uero apud aristotelē aliud est a pāthera siue pardali de. panthere nāq; theodoro interprete: pāther inquit hoc est lupus canari⁹ cæcos parit luporū ritu numero cū plurimū quattuor. Galenus q̄q; quidā inquit adeo bestiales sunt ut leonū & pantherarū item canū & pantherū & uulpiū carnib⁹ uescātur. Pardus uero qđ sit aīal aliubi dicetur. Nūc ad camelopardalim redeam⁹. Heliodorus libro æthiopicon. x. scribit æthiopum regi ab auxomitarū legatis hāc ferā dono datā. Postremo inquit accessere auxomitarū legati: & cū alia munera obtulerūt tū in primis animantē quampiā inusitata specie: naturaq; cui⁹ ad magnitudinē cameli ꝓceritas color pellisq; pātheris maculis ueluti florētibus uariegata. postremæ infra aluū partes humi subsidebāt: sicuti ī leonib⁹ uidem⁹. humeri pedesq; priores atq; itē pectus præter cæterorū mēbrorū rationē ꝓcera. tenuis ceruix & q̄ de reliqua corporis mole in oloriū collū se extēderet. camelo caput simile. maior ipso pene duplo quā libyssæ struthi. Substrictosq; uelut oculos torue motās cōniuebat. incessus aūt lōge animantiū cæterarū terrestrium uel aquatiliū dissimilis. Neq; em̄ uicissitatim crura simul: sed dextra pariter de hinc sinistra utraq; agitabat. cūq; his suspēsa ꝓferebat latera tractu motuq; tā facili: ut eā quo uellet tenui capistro uertice deuincto ueluti fortissimo uinculo magister ꝑduceret. Hæc ut est cōspecta animās omnē cōtinuo multitudinē obstupefecit: speciesq; nomē inuenit ex

iis q̄ præ[illegible]ua in co[illegible]ore sit ut ex tēpore eam populus camelopardalim appellaret. Dion q̄q̄ [illegible]se autor græcus. xliii. romane historiæ libro cō sentanea uerbis Plinii scr[illegible]it. camelopardalim inqt primus Cæsar romā adduxit & populo ostendit. Id aīal cætera camelus crura aūt inæqualia habet posteriora prioriḇ magis breuia ut a cluniḇ attolli sensim quasi ascēdēti simile icipiat: corpusq̄ reliquū sublime admodū cruriḇ priori bus sustētatur: sed ceruix in altitudinē pene peculiarē se tollit. colore ipso maculoso ceu panthera: quo fit ut amborū ꝑmiscuo uocabulo censeatur. Solinus præterea ubi de æthiopibus eadem propemodum quæ Plinius de camelopardali tradit. Iulius capitolinus in gordianorum uita scribit Philippū cæsarē qui primꝰ omniū christianꝰ fuit imꝑator in ludis sæcu laribus cū millesimū ab urbe cōdita annū celebrauit decē camelopardalos populo spectādos exhibuit. Idē q̄q̄ tradit Gordianū seniorē inter cætera quæ in quæstura sua populo rapiēda cōcessit: centū ones feras [illegible] buisse. Cornua uero hāc beluam habere q̄d Plinius. Solinus. Varro. Heliodorus Dion atq̄ alii siluerūt animaduertit Angelus politianus in gi rafa: sic em̄ uulgus camelopardalim appellat: quā Sultanus idest ægypti rex misit dono Laurētio medicæ Florētinorū principi. Q̄d si cornua ge stat: bifidaq̄ est: ut Plinius scribit: merito ex genere mūdarū quadrupedū moses hebræis mandendā esse permittit. Castores. viii.

Auigaturus Paulus apostolꝰ ex insula melite in siciliā: id q̄d in apostolorū actiḇ cap̄. xxviii. legitur. Cōscēdit nauē alexā drinā: cui erat insigne castorū: siue iouis filiorū. nā utraq̄ lra inuenitur: & utraq̄ respōdet ei q̄d in græco legitur dioscori. Quod uero Hugo Cardinalis legit castrorū mendū est manifestariū ab insscitia librariorū ꝓfectū: qui ꝓ castorū. r. interiecta castrorū scriptitarūt Quare illiꝰ friuolas expositiones omittamꝰ. Fuerūt aūt dioscori castor & pollux dicti a Zeus dios q̄d est iupiter Iouis: & coros puer siue filiꝰ. de quorū noīe mēsis q̄q̄ apud græcos est cognominatꝰ: q est fere apud nos Iunius. de q̄ in libro Machabæorū. ii. cap̄. xi. Anno inquit cētesimo qua drageſimo octauo mēsis dioscoron die. xxiiii. Recta igitur interpretatio & q̄ sit uerbū ex uerbo: quāq̄ uenerabilis Beda agnoscit legitq̄ est iouis filiorū. Sed cū dioscori duo sint hoc est castor pollux: uideamꝰ an recte sit interpretatꝰ qui dioscoros uertit in castores. Videtur aūt ex cōsuetudine loquēdi sumpsisse interpres: ut utriusq̄ dei nomē sub uno cōplecteretur. Nā tēplū q̄d fuit Romæ ex cōsortio castori & pollucī dedicatū: uniꝰ tantū

castoris dicebatur. Vnde facete. M. bibulus. C. cæsari[illegible] ædi[illegible] collega euenisse sibi dixit quod polluci. Vt enim gemini [illegible]atribus æ[illegible]es in foro constituta tantum castoris uocaretur: ita suam [illegible]æsarisq; munificentiam unius cæsaris dici. Refert prærerea Seneca in. i. libro naturaliũ quæstionum: quod si in media tempestate apparent quasi stellæ uelo insidentes: adiuuari se tunc periclitantes existiment castorls & pollucis numina credentes. Atqui Plinius illas non castorem & pollucem sed uno nomine castores uocat libro. ii. naturalis histo. cap̄. de castoribus. Has hodie in tempestate deprehensi nautæ sancti thermi lampadas uocant: quas cum uiderint pro certo habēt frangi euestigio tempestatem. Beda hunc locum exponens. Gemini inquit castores sunt castor & pollux: quos ideo gentiles in mari deos uocant: quia in tempestate si solæ apparuerint in naui uel in antemnis periculosi: si uero geminæ prosperi cursus sunt nunciæ. [illegible] uero quemadmodum de geminis castoribus simul apparentibus Bedæ a[illegible]pulor: ita de solitariis dissentio. tunc enim non castor neq; pollux sed helena uocatur. De qua Plinius libro. ii. Diram illam ac minacē appellatam helenam ferunt. Et Papinius in. vii. thebaidis. Non aliter cæco nocturni turbine cori Scit peritura ratis: cum iam damnata sororis Igne terapnæi fugerunt carbasa fratres. Insigne igitur nauis alexandrinæ erant castores siue filii iouis: in quorum tutela nautæ esse putabātur. quemadmodum apud Vergilium in. v. æneid. Sunt cētaurus. scylla. pistris. chimera.

Charadrius quid. ix.

IN leuitico Cap̄. xi. & in Deuteronomio cap̄. xiiii. prohibet deus per mosen hebræos uesci auibus immundis inter quas numerat charadrium. Sed quæ auis aut qualis charadrius sit: non hebræi quos cōsului: non illorum locorum enarratores: nō illi qui uocabula in ordinē alphabetarium redegerūt: mihi satisfaciunt. Aristoteles libro de historia animaliũ. viii. Inter aues lacustres siue marinas illum nominat. gauia inquit alba & fulica mergus & chadrius rupex iuxta mare uicti tant. Idē libro. ix. Colunt inquit & aliæ aues fragosa & saxa & cauernas: ut quē apræruptis torrentiũ alueis charadrium appellamus. praua hæc auis & colore & uoce. noctu apparet. luce aufugit. a Theodoro gaze tum hiaticola interpretatur: quod in hiatibus & spelũcis habitet: nam charadra tum torrēs. tum alueus. tũ uallis. tum spelũca ex græco uertitur. Alio in locō charadrium in rupicē trāstulit: quod in rupiũ cauernis habitet.

UNIVERSIDAD DE MURCIA

daniele p[ro]pheta Cap. xiiii. ubi hiſtoria ſuſanæ ex trāſlatio
ne Theodoctionis inſerta ſcribitur: omnes codices uulgo ha=
bent. Si uidiſti eam: dic ſubqua arbore uideris. Qui ait ſub cy=
no: pro eo quod eſſe debuit ſub ſchino. Iacobus conſtantius
cōtra Nicolaū lyrā corruptā lectionē defendit: aſſeueratq; non ſchinū ſed
cinum eo in loco debere legi. Ego cū ex mea conſuetudine blibiopolia:
quæ Salmāticæ cōplura ſunt: excuterē: forte fortuna incidi in obſeruatio
nes quaſdā Iacobi cōſtātii uiri plane litteratiſſimi: ſed quē antea nomi=
ne tātum nouerā. Fuerūt autē obſeruationes illæ numero centum: quas
idcirco uoluit græce hecatoſtyn potius quā cēturiā latine cognominare.
Harum duæ priores: ac totidē poſteriores pertinēt ad quoſdā locos diui=
næ ſcripturæ. Sed cū reliquæ omnes multū eruditiōis rerū ſæculariū cō=
tineāt: atq; ut ingenue fatear: omnes illas mihi facile perſuaſerit: in quat=
tuor tantū quas dixi: hominis prudentiam deſideraui: qui in ipſ[illegible]
initio: ac deinde in operis clauſula: ubi ex artis rhetoricæ præcepto con=
ſuetū eſt optima quæque diſponi: frigidiora & pene puerilia collocarit.
ut quod in prima obſeruatione: quaſi in re magna ac per difficili cōmo=
ratur oſtendēs eos aberrare: qui in Matthæi euāgelio legūt: quod Hero=
des occidit omnes pueros abimatu & infra: putātes nō bimatu ſed imatu
eſſe legendū: ita ut. b. littera non ad præpoſitionē præcedentē: ſed ad di
ctionē ſequentē pertineat. quod nec pueri quidē ignorāt: etiā qui nondū
aere lauātur. Aut oſtēdat mihi Cōſtantius oportet: quis hoc unquam di
xerit. Aut ſi harū rerū tam curioſus eſt: illud potius ex Laurētio ualla de=
buit adnotare in uerbis illis nō infra: ſed intra debere legi ꝓpterea quod
infra conditionē & locū deſignat: ut infra omnes homines infra tectum.
intra uero numerū & ſpacium. ut intra octo dies. intra urbis muros. Sed
de his alias: nūc ad rem. Cōſtantius in obſeruatione a finali proxima in=
uehitur acerrime in Nicolaū quod eo in loco legat ſchino quā interpreta
tur lentiſcum: cōtenditq; debere legi cino: quā ipſe ſomniat eſſe ex lauri
generibus unū. Excutiamus igitur diiudicemuſq; uter illorū ſtet a cauſa
potiori. cōſtituatur īter eos cauſa: citētur partis utriuſq; teſtes. Cōſtātius
affert in teſtimoniū cōtra ueritatē locos deprauatos duos. alterū ex calce
quindecimi uoluminis Pliniani: ubi numerātur lauri genera tredecim.
Acceſſere inquit genera. Cuius hanc ſilueſtrem laurū aliqui intelligūt.
ubi pro eo quod eſt cuius ipſe cōtendit debere legi cinus. quod nō Her=

molaus eo in loco adnotauit. nō Theophraſtus ſcri[illegible]it. nō [illegible] in libris de re ruſtica: qui tria tantū genera lauri numera[illegible]ō alius q[illegible]piā qui di cat cinum eſſe lauri ſpeciem: aut arboris per ſe genus. Alterum affert ex Ouidio teſtimonium: qui libro Metamorphoſeos. x. inter arbores quæ Orpheo aſtiterūt enumerat cinum. Sic enim ipſe legit. & bicolor myrtus & bacchis cerula cinus: cum omnes libri tam inemendati quā emendati habeant ficus. Sed contra duos teſtes deprauatos atq; aduerſarii malignitate corruptos unum Hieronymum atq; ipſam ueritatem quæ ualet pro mille teſtibus producimus. Scribit em̄ in ipſi⁹ Danielis proemio: Aphricanum qui ut ſacræ ſcripturæ falſitatem conuinceret: multa contra originem argumenta congeſſit: inter cætera oppoſuiſſe ſuſane hiſtoriā ab aliquo græculo nugatore confictam: idq; ex uerborum etymologia probaſſe. quod ubi legitur apud nos ſub ſchino: quod ſequitur ſtatim angelus dei ſcindet te medium: totum illud ex græco ſermone deſcēderc. Sch[illegible] enim latine eſt lentiſcus. ſchizo uero interpretatur ſcindo. & ſubdit Hieronymus. cuius rei nos intelligentiā noſtris hanc poſſumus dare: alentiſco in lentem te comminuat angelus: aut lente pereas: aut lentus ideſt flexibilis ducaris ad mortem. Emendemus obiter locum ſuperiori coniunctum: ubi pro prino legitur pruno. Eſt autem prinos græce quæ ſit latinis ilex. ad quod nomē alludens Daniel ſubiungit. Manet em̄ angelus dei gladium habens: ut ſecette medium. prino enim græce feco interpretatur. Vnde ſubdit Hieronymus de arbore ilice Danielē dixiſſe ilico pereas. a prino igitur priſe fecit in ſecunda perſona futuri indicatiui modi ſicut a ſchino ſchiſe. Non debuit itaq; Conſtantius ea quorum ignoratione tenebatur attingere: nec uiolare naturæ legē de qua poeta.

Publica lex hominum naturaq; continet hoc fas:
Vt teneat uetitos inſcicia debilis actus.

Cœmiterium non cimiterion. xi.

SUrpatur crebro in ſacris litteris dormire p eo quod eſt mortē obire: ſiue mori. Quale eſt illud ex euangelio Non eſt mortua puella ſed dormit. Illud quoq; lazarus amicus noſter dormit. Sumptū eſt autē uerbū ex eo quod quēadmodū is qui dormit quādocūq; expergiſcetur: ita ex eo quod in religione noſtra credim⁹ & ſperamus: qui diē ſuū obiere aliquādo ex mortuis reſurgēt. Significātius itaq; noſtri mortuos dormire dicūt: q̄ latinæ elegātiæ ſtudioſi mortem oppetere. ſiue diē obire. ſiue agere aut efflare animā. ſiue mori. ſiue perí-

UNIVERSIDAD DE MURCIA

re. siue int[illegible]re. Hin[illegible]ctū est ut locus ī quo mortui sepeliūtur qđ latinæ tū sepulchr[illegible]ū. tū cōdi[illegible]ū appellatur a græcis polyandriō ut est ī Iezeciele dicitur: in nr̄a religiōe cœmiteriū græce latine dormitoriū uocetur: nō cimiteriū ut homines indocti somniāt dictū quasi cinis teriū quia ibi defunctorum cinis teritur. Neq; a cimis quod ipsi interpretātur dulce & sterni statio: sed potius per œ diphthongō cœmiterion dictum a coemaomæ quod est dormio: ut sit quēadmodū diximꝰ cœmiteriō dormitoriū.

Collirida. xii.

Ibro Regū secūdo Cap̄. vi. Partitus est inquit tā uiro quā mulieri singulis colliridā panis unā. & in Leuitico cap̄. vi. Colliridas olei admixtione cōspersas offerent. Sed quid collirida sit plane nescitur. nā cū græcum nomē uideatur græci nō agnoscūt esse suū. Latini diuināt cū dicūt esse triāgulū siue tortā panis. nos ꝓ eo qđ legitur collirida suspicamur una littera immutata debere le[illegible]cida. Est nāq; apud græcos collix. icos. panis subcinericius hoc est nō in furno sed in foco sup lapide cōcalefacto deinde cineribꝰ sup ingestis decoctus. quo genere coquēdi panes etiā nūc quidā ex cātabris & asturibus utūtur. putāturq; huiusmodi panes ad augēdas uires plurimū cōducere. Ab eo igitur quod est collix Aristophanes comicus nomē finxit collicophagi. i. collicis uoratoris. Hinc etiā in forma diminutiua colliphium & colliciū dicta. Iuuenalis. Luctātur pauci comedūt colliphia pauci. Martialis. & colliphia cū decē comedit. Plautus quoq; colliphia inquit mihi. a collicio iterū fit collicida qđ significat etiā panē subcinericiū. Itaq; apud autores sacrarū litterrrū ubi crebra fit mētio huiusmodi panis indifferēter alterū ꝓ altero ponitur. unde ꝓ eo qđ in. iiii. Regū cap̄. xix. Hieronymo interprete legimꝰ respexit Elias. & ecce ad caput suū subcinericiꝰ panis & uas aquæ. Ambrosiꝰ in epl̄a ad uercellēses Elias inqt quē dn̄s erudiebat ad uirtutis ꝓfectionē ad caput suū collicidā & uas aquæ repperit. Idē q̄q; Hieronymꝰ ī quadā epl̄a ad Eustochiū ꝓ eo qđ interp̄tans dixit subcinericiꝰ panis respexit inquit Elias & ecce ad caput eiꝰ panis collicidæ. sic em̄ legēdū est: aut ostēdāt mihi ubi apud græcos & latinos collirida reperiatur: aut qd significet.

Daphne qd in libro numerorū. xiii.

Vod in libro numerorū Cap̄. xxxiiii. legitur de sephama descendent termini in reblata cōtra fontem daphnē: nemo ex iis qui hūc locum enarrauerūt: quid sit daphne: aut cur ab interprete adiectū exposuit. Nicolaus lyra otiose dictum putat: di-

UNIVERSIDAD DE MURCIA

citq; in libris castigatis nō haberi daphnen: cum [illegible]uersō li[illegible] potius in emēdati sint ubi daphne nō habetur. Hieron[illegible]? certe in Iezecielē cap. xiii. exponēs obiter locū illū de sephama inquit. i. de apamia descēdent termini in reblatha: quæ nunc syriæ notatur antiochia. & subdit. Vt scias inquit reblā siue reblathā hāc significare urbē dicit cōtra fontē quē perspicuū est significare daphnē de quo fonte lucus aquis abūdātissimis fruitur. Q. d si Hieronymo nō credis: at ipsi sacræ lectioni credas necesse est quæ in secūdo Machabeorū uolumine cap. xiii. hæc uerba cōtinet. Onias inquit sacerdos cōtinebat se in loco tuto antiochiæ secus daphnen. Nam cū sint plures antiochiæ una est ad cragū flumē in cilicia. altera iuxta mæandrum amnē in caria. tertia pisidiæ in cappadocia. de qua Lucas in apostolica historia cap. xiii. ad quarū differentiā hæc cognominata est antiochia ad daphnen. quæ etiā aliarū cōparatione antiochia magna dicitur: [illegible]ochia quoq; ad orontem quia ab oronte fluuio secatur media. Ad daphnē siue epidaphnē cognominata est ut sunt autores Eusebius in locis sacræ scripturæ Hieronymus in Iezecielē: a luco quē Cn. pōpeius lauris & cupressis consitū dedicauit. Continebatur autem lucus ille ambitu octoginta stadiorū quo in loco antiochensiū cōuentus agitabatur: ut autor est Strabo. Cupressorū daphnēsiū meminit Iustinian? imperator. li. xi. Codicis. ti. de cupressis ex luco daphnensi. Capitolinus quoq; in ueri cæsaris uita. Verus inquit cæsar posteaq; in syriā uenit in deliciis apud antiochiam ad daphnē uixit. Amianus præterea tuncait apud daphnē amœnū illud & ambitiosum antiochiæ suburbanū. Meminerūt præterea eiusdē luci Volcatius & Lampridius. Fuit quoq; antiochiæ porta qua ibatur ad daphnē. De qua hieronymus in uita beati Ignatii. Reliquiæ inquit corporis eius antiochiæ iacēt extra portā daphniticā in cœmiterio. Quod uero Eusebius & Hieronym? dicūt cognominatā ad daphnē hoc est ad laurū siue lauretū ꝓpter lauros & cupressos a Pōpeio dedicatas in eo loco: ad superiora potius tēpora referēdum est. Cōstat nāq; urbē illā fuisse conditā uel poti? instauratā a seleuco Rege syriæ indito etiā illi nomine ex patre suo antiocho qui fuit ex ducibus Philippi regis Macedonū autore Trogo libro. xv. & quod ad daphnē sit cognominata indigenæ causam afferūt: quod daphnē quā poetæ flumīnis patrii appellāt ipsi suā atq; ladonis sui filiā fuisse dicūt. Philostratus li. i. Apollonius inquit antiochiā quæ magna cognominatur: & apollinis daphnei templū intrauit cui arcadiæ fabulā assyrii tribuerunt daphnē ladonis filiā illic natā

UNIVERSIDAD DE MURCIA

fluminis [illegible]erentes. [illegible]fuit quidē apud ipsos fluuius quē ladonē appellāt & maxim[illegible]mniū ar[illegible]ū laurum colūt ob memoriā uirginis daphnes. Arrianus præterea a daphne ladonis fluminis filia dictam antiochiā ad daphnē putat: quibus in memorato loco Hieronymus astipulatur dicēs hic lucus a magno Pōpeio qui primus Romano imperio subiecit iudæā cōsitus est & ab eo iuxta fabulā poetarū daphnes nomē accepit ob lauros & cypariſſos quæ arbores in ipso frequētiſſimæ sunt. Ex quibus infertur nō frustra ab interprete fuisse adiectum daphnē id quod Nicolaus putauit: sed dictū per figurā prolepsim non modo poetis sed etiā litterarū sacrarū autoribus usitatiſſimam. Quod uero ille dicit hunc locum esse qui apud Mattheum sit magedon: & apud Marcum dalmanuthā & quod inde oriatur iordanes: totum hic cōmenticium est & pro libidine sua confictum: Id quod suo in loco disputabitur.

Debora non delbora. xiiii.

QVæ reperiūtur in sacra scriptura fœminæ cognomines. utraq; uocata est debora. Altera rebeca uxoris isaac nutrix: de qua Geneſis cap̄. xxxv. Eodem in quit tempore mortua est debora nutrix rebecæ: & sepulta est ad radices bethel subter quercu. Altera prophetis uxor lapidoth: quæ post aioth iudicauit populum israel cum barach. de qua in Iudicum libro multa scribūtur. Sed in libris recentioribus utrobbiq;. l. interiecta delbora legitur: quod nulla ratione defendi potest. Tū quod apud hebræos in hac particula. l. nusq; est. quibus astipulantur omnes codices græci aut qui ex translatione græca ad nos uenerunt: atq; etiam antiqui omnes libri latinis longobardis gothicisq; inter poenos scripti. Tum quod omnes eccleſiastici autores debora in apem interpretantur: cum delbora per. l. litteram interiectam nihil tale: sed neq; aliud quicq; apud hebræos significet. Est et alia ratio: cui nemo inuenire potest quid respondere queat. Remigius in hebraicorū nominum interpretatione: in quibus disponendis alphabetarium ordinē exactiſſime prosequitur: post particulam debon gad e uestigio subiungit debora. tum subdit decla. hoc est post nomina habentia. b. post. e. apponit habeniia. c. post. e. ut nullus relinquatur locus ei quod delbora per l. litteram: quod est quemadmodum diximus nihili uerbū. Quare dispūgendum est. l. ex hac particula uelint nolint: qui uitiosa lectione tanto pere delectantur.

Dextera. xv.

UNIVERSIDAD DE MURCIA

SAlomon Prouerbiorū cap. iii. enumerans [illegible]emia q[illegible] comitantur sapientiam: Longitudo inquit dier[illegible]n dexter[illegible]ius: & in sinistra illi⁹ diuitiæ & gloria. In quibu[illegible]uerbis præter illū sensum qui est in promptu: subest recondita quædam per digitos computandi ratio qua oīs antiquitas utebatur. Quāuis enim per longitudinem dierū intelligatur interminabilis uitæ iucunda possessio: respicit tamē ad illud quod qui pertingebat annum uitæ centesimū: incipiebat in dextra manu computare: cum in sinistra superiores numerasset. Vt de nestore: qui apud Ouidium dixerat: uixi annos bis centum: nunc tertia uiuitur ætas: Iuuenalis ait. Rex pilius magno si quicquā credis homero: Exemplū uitæ fuit a cornice secūdæ: Fœlix nimirum qui tot per ærula mortem distulit. atq; suos iam dextera computat annos. Qui per digitos computandi modus cum apud autores frequēs sit: neq; adhuc ars ipsa uulgata est: pau[illegible]uobis ex Isidoro atq; Beda mutuāda sunt: atq; graphice demonstrandum qua digitorū figura apud maiores nostros numeri designabantur. Minimus itaq; digitus mediæ uolæ appressus unum monstrat. Medicus hoc est minimo proxim⁹ in eadem uola affixus duo. Medicus qui infamis et impudicus appellatur: eidem uolæ impressus tria. Minimus sublatus reliquis duobus affixis quattuor. Medicus sublatus quoq; medio impresso quinq;. Medicus appressus medio & minimo sublatis sex. Minimus brachiali hoc est radici manus applicito septem. Medicus eidē etiā radici applicitus nouem. Quemadmodū uero per tres digitos superiores numerum citra denariū ostendimus: ita duobus reliquis hoc est pollice atq; indice decuplationes simplicium numerorum designabimus. Indicis igitur summitas nodo pollicis medio admota decem monstrat. Pollex in partē manus domesticā inflexus uiginti. Pollicis atq; indicis summitates cōiūctæ triginta. Pollicis medius nodus medio indicis cōdylo impressus quadraginta. Index sup summitatē pollicis circūduct⁹ sexaginta. Pollex atq; index diuaricati atq; distēti septuagiuta. Pollex indici ac medio insertus octoginta. Indicis apex radici pollicis admotus nonaginta. Atq; ita possumus tā numeros simplices quā cōpositos citra cētū mōstrare alios aliis nō impedientibus. Transferentes deinde supputationem in manum dexterā centum designabimu: subi fuerāt decem in sinistra. Ducēta ubi uiginti. Trecenta ubi triginta. Quadringēta ubi quadraginta. Quingenta ubi quinquaginta. Sexcenta ubi sexaginta. Septingēta ubi septuaginta. Octingēta ubi octoginta. Nongenta ubi nonaginta.

UNIVERSIDAD DE MURCIA

Dem[illegible]onstrabatur in sinistra unū. Duo mille ubi duo. Tria mille ubi tria. & ita inceps usq; ad nouē millia. Vlteriores numeri circūferendo manus p alia corporis partes effingebātur. Ex hac graphica numerorū descriptione possum⁹ enodare cōplures autorū locos: qui uidebātur inextricabiles: ut quod paulo ante Iuuenalis de nestore dicebat sua dextra cōputat annos. quodq; Salomō inuebat lōgitudo dierū in dextera eius. Quodq; Plini⁹ scribit antiquissimi deorū iani effigiē ita cōsueuisse pingi: aut ex aliqua materia excudi quasi digitus significaret tercentum sexaginta quinq; qui numerus est dierū totius anni: qđ ianus idem deus habitus est qui sit sol: cuius annuū cursum totidem dies conficiunt. Quodq; in apologia secūda pro magia scribit Apuleius. Si triginta inquit annos pro decē dixisses posses uideri pro computationis gestu errasse & quos circulare debueris digitos aperuisse &c. Et quod Hieronymus primo in Iouinianū libro ex euāgelio scribit dicēs. Cētesimus & sexagesimus & trigesimus fructus quāq; de una terra & una semente nascitur tamē multū differūt numero. Triginta referūtur ad nuptias. nam & ipsa digitorum coniunctio quasi molli osculo se amplectens ac fœderās maritum pingit & coniugem. Diximus nāq; triginta pollicis ac indicis summitatib⁹ in orbem circūductis designari: ut sit pollex quasi maritus index uxor se inuicem molli osculo fœderantes. & subdit Hieronymus. Sexaginta uero ad uiduas: eo quod in angustia & tribulatione sunt positæ: unde & superiore digito deprimuntur: quantoq; maior est difficultas expertæ quondam uoluptatis illecebris abstinere: tāto maius et præmium. Nam diximus indice super mediam pollicis uertebram sexaginta formari. Tum idem Hieronymus subiungit. Porro centesimus numerus diligenter quæso lector attende: de sinistra transfertur ad dextram: et iisdem quidem digitis sed non in eadem manu quibus in leua nuptæ significantur & uiduæ circulum faciens exprimit uirginitatis coronam. Diximus namq; centum in dextra manu designari eodem in loco ubi decem in sinistra & iisdem in digitis quibus triginta & sexaginta. Fitq; ex circumductione illa orbis: quam Hironymus coronam interpretatur quæ sit debita uirginibus. Ambrosius præterea in sermone quodam qui legitur in celebritatibus unius confessoris pontificis ex consuetudine rituq; Romanæ ecclesiæ: cuius initium est ad sancti patris nostri ad hanc numerandi rationem alludens: quic huic mundo inquit: crucifixus & mortuus: quicquid laborauit de hac uita ad illam

UNIVERSIDAD DE MURCIA

transtulit. & quasi bonus ratiocinator uelut ad centu[illegible]porri gens semper de sinistra aliquid transmisit ad dex[illegible]m. Sic q[illegible]q3 illud Iuuenalis exponendum est in quo plæriq3 h[illegible]ent. sua in[illegible]it dextra computat annos. De nestore uidelicet loquens qui apud Ouidium dixe rat. Vixi annos bis centum: nunc tertia uiuitur ætas: quia diximus quod ultra centum numeri in dextra manu formabantur. Sic etiã facile possu mus intelligere illud ex Macrobio in saturnalibus quod de iano scribit: qua manuum digitorumq3 chironomia designare posset ter centũ illos & sexaginta quinq3 dies quibus annũ spacium cõficitur. Sic quod Cicero compluribus in locis scribit ad digitos rem redire. Sic deniq3 quod ab initio diximus Salomonis illud longitudo dierum in dextra illius & in sinistra eius diuitiæ & gloria.

Drama.atis. xvi.

DVærunt a me cotidie multi nõ solũ ex sacrificulorũ turba sed ex illorũ numero qui se sciolos putãt: quid sibi nult drama illud quod in celebritate uirginis deciparæ: ac proinde in festis aliarũ uirginũ ecclesia romana canit. Ante torũ huius uirginis frequentate nobis dulcia cantica dramatis. Scribendũ nãq3 est nõ per ch. non per g. nõ per duplex. m. ut in quibusdã deprauatis codicib⁹ legitur: sed simpliciter dramatis. Atq3 ut semel me ab hac quæstione absoluam: uoluí hoc in loco scribere aliquid quo deinceps percõtaturos remittam. Est itaq3 drachma per ch. atq3 per primã declinatiouem inflexa genus monetæ quod appendit fere nostri tẽporis argẽteum nũmum siue denariũ: hoc est unciæ partem octauã. nam quod hispani uocãt adareme dimidiũ est drachmæ. in quo significatu accipiẽda est drachma illa: quã in euãgelio mulier amisit. Est & dragma. atis. per g. manipulus ab eo qđ est græce drax. acos. i. pugnus. unde & dragmateuo. i. manipulos colligo in quo sensu legitur psalmo. cxxv. portãtes manipulos suos. ꝓ quo ĩ græco dragmata habetur. Est & dramma per duplex. m. cursus. ab eo quod est græce dramin currere. & drasmos cursus siue fuga. Sed drama. atis. simpliciter scriptum est repræsentatio fabularũ in quibus introducuntur uariæ personæ. ut in comoediis & tragediis. & poematis diuersorum generum. unde & Seruius in bucolicis illud dicit dramaticũ dicendi genus in quo uariæ inducũtur personæ. dictũ a drao quod est ago in ea significatione qua Iuuenalis ait. uxorẽ comœdus agit uel dorida. In quo sensu accipitur drama in uersu quẽ ecclesia canit dulcia cantica dramatis. Repræ-

UNIVERSIDAD DE MURCIA

[redacted] christi nuptias cum matre uirgine. aut cum aliqua ex uirgini[redacted]s quas e[redacted]elista uocat sapientes. aut cum defæcatissima aliqua fideliũ a[redacted]ma. aut cum [redacted]sa deniq; ecclesia: in quibus quidẽ nuptiis cauẽ dum esse epithalamium hoc est carmen nuptiale admonemur quale est illud Salomonis in canticis canticorum: in quo introducuntur personæ repræsentantes tum sponsam. tum sponsum. tum utriusq; matrem. tum utriusq; comites. Quem deinceps imitati sunt poetæ latini & græci: qui epithalamia quoq; scripserunt in nuptiis deorum atq; hominum. Primus qui epithalamium cecinit apud græcos autores fuisse dicitur apollo in nuptiis Thetidis & pelei. & deinceps alii quos et latini sunt subsecuti. Catullus. Ouidius. Claudianus. Ausonius. Talia igitur carmina in spiritualibus nuptiis esse canenda nobis monemur: qualia sunt illa ex canticis Salomonis. Dum esset rex in accubitu suo. & Leua eius sub capite meo. & Nigra sum sed formosa. & Iam hyems transiit & recessit: quæ sunt uerba sponsi & sponsæ: quæ personæ introducũtur a[redacted]more. & hoc est quod Origenes in expositione illius operis dicit. Epithalamiũ inquit Salomonis quod in morem dramatis compositum est. id est actionis uel repræsentationis diuersarum personarum.

Electrum. xvii.

Værebat a me nuper religiosus uita & moribus diuum Franciscũ referẽs qui & ipse cœnobii murgitani præsul erat: quid sibi uellet electrũ id quod in Iezeciele propheta cap. i. legitur. Splẽdor inquit in circuitu eius: & de medio eius quasi species electri. & rursus cap. viii. & a lumbis eius & sursum quasi aspectus splẽdoris ut uisio electri. Eramus tunc in aula perq; reuerendi atq; proinde clementissimi domini Francisci ximenez archiepiscopi Toletani & hispaniarum protomystæ: cui iampridem inuestigãdæ antiquitatis sacrarum litterarum cura uel precipua incumbit & conquirendorum uoluminum adeam rem non minor diligentia. Antea igitur q; quidpiam quæstioni respõderem: uideamus inquam quando nos fortuna tali in loco iunxit ubi adest tanta copia eruendi res abstrusas atq; difficiles: quid autores hebræorum de electro sentiãt. Euoluimus itaq; hebræorum lexica atq; glossemata: nihilq; offendim⁹ præter mera somnia esse uidel; animalis siue angeli cuiusdam nomen siue lapidem precio sum. Alii confitentur ingenue se nescire quid sit asmal: id enim apud hebræos nostro electro

reſpondet: inter quos eſt rabbi ſalomon nir non mín[illegible] rum diligens indagator. Nicolaus lyra putat Hier[illegible]mũ ím[illegible]cũ Hieronymo ſeptuaginta interpretes non aſſecutos [illegible]m aſmal c[illegible]n electrũ interpretantur: quaſi in eruditione linguarum non debeant preferri ſeptuaginta quos Hieronymus in hac parte ſequitur quibuſcunq; aliis nedum Salomoni homini in re litteraria nouitio neq; minus in ſignificatu uerborum q̃ in erudẽdis ſenſibus frequẽter halucinanti. Itaq; ego lõge magis aſſentior ſeptuaginta qui ut inquit Auguſtinus in .ii. de doctrina chriſtiana libro tanta ſpiritus ſancti præſentia interpretati eſſe dicuntur ut os unum tot hominum fuerit: magis Hieronymo triũ linguarum peritiſſimo q̃ Nicolao cum ſuo ſalomone: q̃ omnibus hebraicæ linguæ recentioribus magiſtris. Sed cum electri apud græcos & latinos duo ſint genera alterum naturale quod a latinis ſuccinum a germanis gleſſum ab hiſpanis dicitur ambar: alterum factícium quod ex auro & argento [illegible] in utro ſenſu apud Iezecielẽ accipi debeat diſputandum nunc mihi eſt. Eſt autem electrum in priori ſignificatu lachryma defluens ex arbore gleſſaria in inſulis germaniæ ſeptentrionalibus quas electridas ſiue gleſſarias uocant: quæ deinde congelaſcens ad lapidis duriciem peruenit. Vergilius in bucolicis. Pinguia corticibus ſudent electra myricæ. & Ouidius .ii. meta. Stillataq; ſole rigeſcunt de lachrymis electra nouis. Plinius libro .xxxvii. his uerbis ſcribit phaetontis inquit fulmine ictiſorores fletu mutatas in arbores populos lachrymis electrũ omnib⁹ annis fundere iuxta eridanum amnem quem padum uocamus: & eſt electrum appellatum quia ſol uocitat⁹ eſt elector ſiue electros additq; multa de errore græcorum circa electri originem. Electrum factícium dícitur quod ex auro & argento conſtat: ita tamen ut quinta pars argẽti auro miſceatur: qualis eſt maſſa unde aurei Ioannini excudũtur: duplas hiſpani appellant. Plinius libro .xxxiii. ubicunq; pars quinta argenti portio eſt in auro electrum uocatur. Silius libro .i. punicorũ. Electri gemino pallent de ſemine uenæ. Martial. Vera minus flauo radiant electra metallo. Vergilius. Tum leues ocreas electro auroq; recocto. Acurſius in electri expoſitione plurimum aberrat. exponẽs enim illud iure conſulti quod habetur de legatis tertio in lege pediculus. Vaſis electrinis legatis nihil interest quantum ea uaſa de quibus quæritur argenti atq; electri habeant: ſed utrum argentum electro an electrum argento cedat. Illud quoq; de lega

tis pr[illegible] qu[illegible]tat auri appellatione electrum uel aurichalcum cōtineri. & [illegible]ud ex Iu[illegible]iani institutionibus in titulo de rerum diuisione. Si diuer[illegible] materiæ si[illegible] & inde propria species facta ut ex auro & argēto electrum. Videtur autem electrum hoc metallicum & ex eo appellatum quod referat ac repræsentet succini colorem splendoremq; ut sit uero simillimum facticium electrū quod est posterius a naturali quod est prius fuisse cognominatum. Seruius grammaticus in illud Vergilii est electrū inquit triplex unū ex arboribus quod succinum dicitur: aliud quod naturaliter inuenitur. tertium quod fit de tribus partibus auri & una argenti quas partes si naturale resoluas inuenies. Sed de utro electro ꝓpheta intellexerit dubitari potest. Mihi uero credibilius sit de succino intellexisse: quam de metallico uel ex eo quod sit materia translucens & perspicua & per quam similitudo illa poterat transparere, quod aureæ materie non contingit. uel quod hebræi suum asmal ad genus quoddam lapidum reducunt. uel quod Hieronymus quodam in loco insinuare ui[illegible] esse sapphyrum.

Euro aquilo. xviii.

Narrat lucas in actib⁹ apostolorū Cap̄. xxvii. de laborosissima illa nauigotione Pauli circa cretā quod ingruit uētus typhonicus qui uocatur euro aquilo. Quis uētus typhonic⁹ sit Aristoteles in. iii. metorologicorum libro pulchre ostēdit esse uidelicet spiritū ex nube detrusum: qui a parte posteriori impulsus ab anteriori repulsus in orbem circuagatur necesse est: rapitq; secum non modo res tenues uerū etiam magnas moles inter quas lapides arbores animaliaq; grandiora: dictus a typho quod est incendo siue inflammo & fumigo. Vnde conuicitur error Nicolai mamotrecti Hugonis & omniū prope hunc locum exponentium: qui pro inflammatione quod in aliquo probato autore erat: ipsi inflationem transcripsere. sed aduertendum quod sceptos nomen est generale omnibns his quæ de nubibus cadunt. Nam si flamma illa quam nubium conflictus expressit robustior fuerit incendio deferturq; in terras: fulminis habet nomen. Presteras nominamus cum flammarum minus in illis fuerit: sed si ignitum non fuerit fulmen typhon uocatur: quæ adhuc differt ab ecnephia & ex hydria: quod typhon in orbem circuagitur: ecnephias rectus propellitur uterq; exsicca exhalatione decisus. ex hydria uero cum imbibus nubē

UNIVERSIDAD DE MURCIA

repente frangit. Ex aristotele in metoro. Apuleio in [illegible]. Seneca quinto naturalium quæstionū. Plinio. ii. nat[illegible]is histor[illegible]. Quid uero si euro aquilo aut quare typhon cognomin[illegible]tur: nō puto quemquā mortalinm scire: quin potius suspicor mendum fuisse librariorū qui pro euroclydon quod in græco legitur: euro aquilo nihili uerbū supposuere Nam cum sit aquilo uox latina: eurus autem græca: quis talem compositionem ausus esset facere? Cum præterea sit aquilo uentus spirans media regione inter exortum & astiuum & septentrionem: eurus uero perflet ab ortu hyemali: quæ compositio potuit ex uentis tam disparibus coagmētari? Quid quod Aristoteles negat typhonem posse fieri spirante aquilone? Borealibus inquit non fit typhon: nec uinosis ecnephias. quomodo igitur typhon potuit euro aquilo cognominari? Cum igitur clydon apud græcos procellā siue tempestatem significet: euroclydonem putat Lucam scripsisse cognominari uentum qui sit typho: hoc est spiritum [illegible]be expressum: siue ut Plinius interpretatur uibratum ab oriēte hyemali unde perflat eurus. Interpres uero cum nequiret latine uim græce compositionis assequi: euroclydon reliquit: quod in euro aquilonem librorum negligentia inuertit.

Git siue melanthium quid. xix.

AVdio uiros trium linguarum peritos hebraicam dico græcā et latinam: nam cæteras nihil moror: in discussione illa quæ sub præsulis nostri cardinalis Hispani censura prope modum cotidie fit: in pensitandis interpretum uariis translationibus hæsitasse nuper in illud Esaiæ cap. xxviii. Seret git & cyminū sparget. & paulo post. Sed in uirga excutietur git & cyminū in baculo: quod genus seminis esset illud quod a propheta dicitur cesach. ab interprete græco melanthion: a latino git. Medicorū uulgus ignorare uidetur quid sit melanthion siue git: cum in nigellam uertūt: nō paruo generis humani detrimento si alterum pro altero in medisamētis adhibeatur: sitq; tanta inter utrumq; semen distātia quāta potest esse inter duas res diuersorū generum: cum nigella sit in genere zizaniorū: neguilla hispane dicitur: quæ plærūq; aeris uitio tritico innascitur & nescio quid fatuū insulsumq; sapiat: git uero inter fruges numeretur cuius semē piperis saporē reddat. de quo Ausonius in monosyllabis. Est inter fruges morsu piper æquipetans git. A græcis tum melanthion ut diximus, tum melanspermon Pli

nio auto[illegible]ognom[illegible]atur: atq; si Theodoro gazæ in Theophrasto credi
mus anth[illegible]non etiam[illegible]icitur: quando quibusdã in locis ex anthemone
git interprætatur. Sed nihil mirum uulgo ignorari git: cũ Ioannes bapti
sta pius cui hodie Bononienses primas deferunt: deceptus litterarum si-
militudine putauerit eandem esse rem git & zithum. Est enim git semen
quod hispani uocant axenuz. zithum uero poculum quod ex frugibus:
ut inquit Strabo ægyptus excogitauit: sicera hebraice serueza uulgo dici
tur. de qua Lucas in euangelio de Ioanne baptista: uinum inquit & sicerã
non bibet. Quã si per nigellã ipsi git intelligunt: uelim mihi monstrent
quo autore id asserant. Sed quæro non iam ab interpretibus linguarum
peritis: sed ab iis sacrarum litterarum enarratoribus qui reconditos sen-
sus ex lectione pphetica rimari conãtur. Quid sibi uult ppheta cum duo
hæc semina tam diuersa & quidem bis subiũgit hoc est git cum cymino.
Neq; enim fortuito sed ex certa quadam ratione id factum uideri de-
Tradunt namq; qui rerum naturalium historiam scripsere esse sympa-
thiam & antipathiam hoc est amicicią & inimicicias quasdam nõ solum
inter animalia sentiendi quid iuuet aut quid noceat facultate prædita:
sed etiam inter res surdas omniq; sensu cassas. cuiusmodi sunt herbarũ
genera inter se concordiam siue discordiam agentiũ. ut tritico & tiphæ.
hordeo & auenæ: quæ simul sata fœcundius proueniunt: aut certe non se
inuicem enecant. E diuerso linozostis linum orobanche eruum strangu
lat. Lupinus præterea. faba. uicia. lens. cicercula pro stercore sunt aruis.
Sed econtrario urit campum lini seges. urit auenæ. urunt lethæo perfu-
sa papauera somno. Atq; ut ex Tremelii autoritate ait Varro: solo uirus
ciceris obest: quia salsum est. Natura igitur inter git & cyminum tanta
est concordia ut simul sata mirum in modum coalescant: seq; inuicẽ fœ-
cundiora reddant. quod eleganter Columela in horto suo describit. Fa-
mosaq; tũc coriandra nascuntur: graciliq; melanthia grata cymino. Nõ
igitur sine causa ut diximus propheta git cymino adnexuit: quando alte
rum altero lætatur pinguiusq; adolescit: atq; in bonã frugẽ perducitur.

Gaius pro Caius. xx

NTer. c. &. g. litteras tanta est in prolatione affinitas & simili-
tudo ut non alia re inter se diestnt quã exilitate & aspiratione:
quæ quidem affectiones: quemadmodum in libello quem de
ui & potestate littterarum edidimus disputatum est: non pos-

sunt litteras proprie in diuersas species collocate. Nam [illegible] maior atq; exilior est. G. uero spissior aspiratiorq;. Ex quo fit nonnunquam altera pro altera poni possit. Non id quidem temere: sed aut per deriuationem aut per interpretationem. Per deriuationem inquam ut quod clades dicatur a gladio. Per interpretationem ut pro eo quod græce dicitur cobio. cnosos. cnidos per. c. litteram in principio & cicnus in medio dictionis: latini per. g. dicunt gobio. gnosos. gnidos. cignus. Atq; econtrario p eo quod illi dicunt gortynos & gortynius nos cortynos & cortynius per. c. litteram scribimus & enunciamus. Nihil igitur mirandum est si pro eo quod latini dicunt Caius: quod aliquando est prænomen aliquando nomen proprium: Paulus in calce epistolæ quam scripsit ad Romanos & in prima epistola ad Corinthios cap̄. i. & Lucas in historia apostolica. cap̄. xix. &. xx. & Ioannes in epistola. iiii. Gaius per. g. litterā scripserint. Causa autem in hoc nomine uertendi. C. in. G. illa nimirū fuit: quod quemadmodum scribit Seruius in primum Georgicorum Vergilii librum: tria sunt nomina apud latinos quæ scribuntur per. C. & proferuntur per. g. hoc est Cneius. Caius. Amurca. pro Gneius. Gaius. Amurga. In hoc ergo nomine uertendo græci potius uolueruut transferre uocem c̄ litteram: hoc est gaius per gama: q̄ Caius per capa. Quod uero Caius nomen sit latinum nemini dubium est: significatq; dominum: unde extant adhuc uerba illa puellarum ad uiros in sponsalibus contrahendis: ubi tu Caius ibi ergo Caia. hoc est ubi tu dominus: ibi ego domina. Sed esto græci Gaius per. g. litteram scribant: quæ ratio poterit excusare latinos cum suam dictionem ex græco rursus interpretantur: quin per C. litterā repræsentent tāetsi quemadmodū diximus per. g. proferunt.

Herba fullonum siue borith. xxi.

IN malachia propheta cap̄. iii. legimus. Ipse enim quasi ignis conflans: & quasi herba fullonum. & sedebit cōflans & emundans argentum: & purgabit filios leui. Quæ sit hæc herba: nemo adhuc quod ego sciam explicauit. Hebræi hoc in loco & in Ieremia cap̄. ii. habent borith. Si laueris inquit te nitro: & multiplicaueris tibi herbam borith. Vtrobiq; illi per borith saponem intelligunt: quibus

enar[illegible]nnes prope modum astipulantur. Interpretes tamē quia herb[illegible]n utrob[illegible]adiiciunt: suspicamur borith non simpliciter esse saponem [illegible]uod fere e[illegible]inere calce uina oleoq; conficitur: sed herbam quæ sit in sermone hispano xabonera: & cuius cineres in pastillos redacti siue lixiuio ipsius cineres adhibiti maculas lintheorumq; sordes abstergunt. Siue igitur borith sit sapo: siue herba saponaria: siue simpliciter smgma quoddam quod uim purgandi sordes habeat: recte cohæret utriusq; propbetæ sensus. Quare non sunt andiendi: qui herbam fullonum interpretantur illa carduorum capitula: quibus ad pectendas uestes utuntur lanariii: ex eo fortasse decepti quod putarunt fullones esse qui lanicium ad uestes conficiendas exercent: perailes hispani uocāt: cum sint potius qui uestes laneas siue lintheas abluunt: maculasq; & illarum sordes abstergūt. Martialis in disticho cuius index est Strigiles.

Pergamus has misit: curuo distringere ferro
Non tam sæpe teret linthea fullo tibi.

Vulpianus in titulo de furtis. l. itaq; fullo. Fullo inquit uel sarci[illegible]tor: qui polienda uel sarcienda uestimenta accipit. In marco euangelista cap̄. ix. Vestimenta inquit eius facta sunt splendentia et candida nimis uelut nix: qualia fullo non potest super terram candida facere. Apologus est præterea phrygii fabulatoris æsopi de carbonario & fullone. quibus in locis manifestum est fullonem non eum significare qui lanicium exercet aut lanā carminās aut ad telam perducēs aut textā inficiēs: sed eū potius qui uestes siue lintheas siue laneas abluit. Ex quo fit ut gnaphea per g. in lingua græcorum communi siue cnaphea per capa in attica perperam uerterint interpretes in fullonem: nec tam eum significat qui instrumento illi senticoso atq; ex carduorum capitibus cōpacto floccos ex lanea tela decutit: quā eū qui nitro aut cymolia creta aut aqua ex saluiato. aut herba saponaria: aut alio quouis medicamento quod uim smegticā hoc est purgatiuam habeat: maculas sordesq; uestium abluit. Quod si quispiam est tam pertinax ut positionem defendens afferat gnapheos etymon: a gnapho: hoc est carduo: quoniam ea herba utitur in decutiendis ex lanea tela floccis unde etiam sit herba Plinio guaphalion a tomēti similitudine: & quod eius uillis pro tomento utuntur: ut me semel ab hac quæstione absoluam: permittā illi gnapheus siue fullo sit etiam ille lanearum telarum depexor: dummodo sciat in locis quos supra memo-

ranimus longe aliud significare.

QVod hebræi iehosuah uocant græci in iesum latini in iosue uerterunt. Ratio autem tantæ in eodem nomine diuersitatis illa nimirum est: quod qui dictiones hebraicas in aliam linguam interpretati sunt: ad molliendam barbaræ uocis duriciem: alii aliam rationem secuti quasdā litteras penitus expunxerunt: quasdam adiecerunt: alias non nunq̄ in alias commutarunt. Septuaginta namq̄ interpretes qui primi sacras litteras ex hebræo in græcum sermonem uertere sunt ausi: ex iehosua iesum fecere: expuncta uidelicet he littera cum apice holem: quod & aliis compluribus in locis fecerunt: præcipue in tribus illis litteris quæ sunt græcis et latiuis omnino incognitæ hoc est he. heth. hain: quas aliquādo retētis apicibus: aliquando cum suis apicibus dispūxerunt: id quod discurrētibus per nomina sacræ scripturæ licet uidere. Sed cur græci huic particulæ terminationem in. us. syllabam per oy. diphthōgon dederint: atq̄ in eadem accentum circumflexum collocarint: non potui reperire quēquā qui mihi diceret. Sed cum græci nūquam circūflectant ultimas dictionū syllabas: nisi sint cōtractæ ex synæresi: neq̄ ex quacunq̄ synæresi sed ea tantum quæ sit ex acuta & graui: cœpi inquirere an eiusmodi essent in hebræo syllabæ: quæ possent per synæresim in unam syllabā coagmētari: id quod manifeste deprehēsum est: cū in iehosua in penultima sit accentus acutus & in ultima grauis: ex quibus cōtractis coalescit syllaba: in qua desiderat circūflexus accētus collocari. Latini uero in interpretāda hac particula aliam rationē secuti sunt. Nā in iehosuah ex prima syllaba apicē seba extriuerūt: & ex secūda aspiratiōnē. & sic ex iod & holem fecerunt io. hain uero quod in fine erat cū subiecto patha uerterunt in. e. qđ aliis quoq̄ multis in locis factitarūt. ut in bethsabah bethsabe. bersabah beersabe. suah sue. balah bale. oseah osee. Atq̄ ita conflatum est iosue nomen accētu acuto in penultima. Cum itaq̄ iesus meram habeat græcam litteraturam: necesse est per omnes casus ultimam circūflectat: eādemq̄ ex consequenti producat: atq̄ accusatiuum per. n. litteram non per. m. finiat: & in summa ad ꝓportionē græcorū similiter cadentiū declinetur.

Cūq̄ [illegible] græce quod iosue apud latinos obseruatum est: ut in omnibus [illegible]dicibus [illegible] ex græco uenerunt in sermonem latinum: nunq̄ dicatur io[illegible]e sed iesus. [illegible] iis uero quæ uenerūt ex hebræo tum iesus tum iosue sit in usu. Quare in toto nouo testamento quia ex græco sermone ad nos uenit: nnnq̄ iosue sed iesus semper reperitur. Ecclesiasticus quoq̄ atq̄ duo Machabæorū libri quia omnino græci sunt: nunquā nominant iosue sed iesum. In aliis ueteris instrumenti libris prope semper iosue nominatur: præterq̄ in Abbacuc & Aggæo & Zacharia & Ezra & neemia. Illud quoq̄ non est dissimulandum autores qui sequuntur hebræos iesus protulsse bisyllabum: qui uero græcos trisyllabū: quoniā apud hos .i. semp uocalis est: apud illos uero ī hac particula semp cōsonās reperitur:

Ioannes pro iona: xxiii

PRo eo quod Matthæus scribit de Petro apostolo beatus es simon bariona. apud Ioannē legim⁹ simon ioānis diligis me plus his. Ex qua lectionis diuersitate necesse est alterum e duob[illegible]eri: aut patrē Petri fuisse binominem hoc est cognominatum Ionam & Ioannem: aut in alterutro euangelista scripturam esse uitiatam. Fuit tempus quo ego existimabam illud quod Matthæus dicit bariona hoc est fili iona: Iona abscissum esse ab eo quod est iohana: idq̄ mihi persuadebā tum autoritate chrisostomi qui lectionem illā agnoscit: tum ex eo quod græci & latini transferentes nomina hebræa in suas linguas aliquādo abiiciūt aspirationem simplicem siue duplicem retento apice: aliquando dispungunt utrūq̄ hoc est litteram simul & apicem. quemadmodū pro eo quod hebræi dicunt iehosuah. græci extrita he littera cum suo holem dicunt iesus. Latini uero seba dispuncto cum aspiratione sequentis syllabæ scripserunt iosue. Atq̄ pari modo ex iohanna expuncta aspiratione cū suo apice potuisse fieri Iona: id quod Augustinus uidetur significare de concordia euangelistarū. Cūq̄ in ea essem opinione idq̄ asseuerate defenderem: perfudit os meum rubore perquam Reuerendus tn christo pater ac clæmentissimus dominus & patronus meus Cardinalis hispanus qui mihi ex codice græco monstrauit in euangelio Ioannis nō esse legendum Simon ioannis sed simon iona subaudi filius quod est consentaneum ei quod Matthæus scripsit Simon bariona æque iona filius.

Lustrum. xxiiii.

EST ille publicus error: in quē uideo omnes quos unq̄ legerim aut audierim turpiter lapsos: de recētioribus loquor: nam cū his tantū:

mihi certamē est: qui dicūt lustrū cōstare spacio qui[illegible]antq̄ stulticiæ suæ testes nō infimæ autoritatis Lucanū[illegible] primis [illegible] bello decēnali cæsaris in gallia. Pugnantē inquit geminis tenuit te gallia lustris. Ouidium: qui bellum troianum quod per totidē annos durauerat: bilustre quoq̄ appellauit. Illud quoq̄ Ecclesiasticū lustra sex qui iā peracta tempus implens corporis. Afferūt præterea Varronis testimonium de origine linguæ latinæ. Tēpus inquit nominatū tēpus quinquēnale a luē do idest soluēdo: quod quinto quoq̄ anno uectigalia & tributa percēso res soluebātur. Difficile est tantorum uirorum autoritati repugnare: sed multo difficilius reclamanti obsistere ueritati. Quis enim ignorat bisextilem diem quarto quoq̄ anno intercalari? Plinius libro. ii. naturalis historiæ. Per singulas inquit intercalationes uno die antecedentibus rursumq̄ lustra sequenti ordine seruantibus. & paulo post. Redire inquit easdem uices quadriennio exacto Euxodus putat: & est principium lustri eiusdem semper intercalari anno caniculæ exortu. Intercalationē quoq̄ eam lustro idest quadriēnio fieri Ouidius in. iii. fastorum uolumine scribit in hunc modum.

Is decies senos tercentum & quinq̄ diebus
Iungit & e pleno tempora quarta die
Hic anni modus est: in lustrum accedere debet
Quæ consumatur paribus una dies.

Quid quod omnes docti simul & indocti fatētur lustrum latine dici: quā græci uocant olympiada. Nam et Papinius pro olympiade lustrum posuit dicens. Nō aliter cum pisæo sua lustra tonanti cū redeunt. Sed quod olympias tantum quattuor annos complectatur: licet animaduertere cū aliis in locis: tum in Eusebii chronico: ubi per quaternos annos olympiades digerit. Vnde igitur ortus est tantus error: ut pro quattuor quinq̄ accipiantur? Ex eo nimirum quod termini accipiuntur pro interuallis. Sic dicimus quia diapason consonantia constat ex octo uocibus: cum in terualla sint tantum septē hoc est quinq̄ toni & duo semitonia. sic quod ab octauo in octauum est dies dominicus: cum tamē in hebodmadæ sint tantum dies septem. Pari quoq̄ ratione cum dicimus a quinto in quintum annum debere diem bisextilem intercalari: illud nimirum intelligimus quod ea intercalatio exacto quadriēnio quolibet debeat fieri in eo qui est quadriennii præteriti finis et initium sequentis. Quam differentiam nescio an satis latine isti solent facere per hæc aduerbia exclusiue &

UNIVERSIDAD DE MURCIA

incluſiue. Sic febres tertianas quartanasq; uocamus. nō qnod illas tertio aut quarto quoq; die contigat accedere: ſed quod a tertio in tertium aut a quarto in quartum ægrotantes corripiant. Hinc eſt quinta illa tychonii regula quam Auguſtinus in. iii. de doctrina chriſtiana uolumine adducit ad intelligendum complures ex ſcriptura locos: cum per tropum ſynecdochen aut a parte totum intelligimus: aut econtrario a toto partem. ut quod in traſſiguratione domini alter euangeliſta ſcribit: quod poſt dies octo aſſumpſit Petrum Iacobum & Ioannem. Alter uero poſt dies ſex factum fuiſſe dicit. Vtrumq; uerum eſſe non poſſet: quod de numero dierum dictum eſt: niſi alter dies primum & ultimum imperfectos: alter ſex medios integros accepiſſet. Hinc etiam ſoluitur illa de chriſti reſurrectione quæſtio: cum non fuerit in ſepulchro niſi horis ſex & triginta adiectis tribus ex quo expirauit: quomodo dicimus quod reſurrexit die tertio. Niſi enim ultima dici pars in qua paſſus eſt & prima in qua reſurrexit pro integris accipiantur: non eſſet uerum quod die tertio reſurrexit a mortuis. Sed eſto luſtrum pro quinq; annis hoc eſt quattuor annis exactis & quinto inchoato accipiatur: eſto bellum gallicum ſit a cæſare duobus luſtris exactis & tertio uertente peractum: aut octo mediis annis peractis primo & nouiſſimo imperfectis: nonne ex regula Tychonii utrumq; uerum eſſe poteſt: et quod luſtrum continet annos quattuor & annos quinq;: & duo luſtra annos octo & annos decem? Quod uero ſex luſtris exactis chriſtus ad paſſionem uenerit: nulla Tychonii regula defendi nulla ratione excuſari poteſt. Sex namq; luſtra quattuor & uiginti annos complectūtur. Atqui eccleſiaſtici autores partim anno tertio & trigeſimo partim quarto & trigeſimo ætatis paſſum affirmant: hoc eſt luſtris octo peractis et nono inchoato. Quod ſi luſtrū idē eſt quod olympias: id quod omnes fatentur: a chriſti die natali ad eius paſſionem octo integræ olympiades ſupputantur. Natus eſt enim anno tertio cēteſimæ nonageſimæ quartæ olympiadis: paſſus uero tertio anno ducenteſimæ ſecundæ olympiadis hoc eſt anno duodeuigeſimo principatus Tiberii cæſaris.

Moſes an moyſes. xxv.

Epe mihi dubiã traxit sentẽtia mẽ[illegible] in eo [illegible]dẽtidẽ a uiris doctissimis percontatus [illegible]unde.y.[illegible]ilon litte ra hebræis atq; latinis incognita in hoc nomẽ moyses irrepserit. Nam cũ apud hebræos moses scribatur atq; legatur per mem imposito apice holem deinde per sin subiecto segol & in fine cum simplici aspiratione: mirũ unde potuerit in hanc particulam.y.psilon conflari. Atqui apud latinos autores nusq̃ moyses sed semper moses legitur. Plinius libro.xxx.est in quit & alia magicæ factio amose etiam num & latopea iudæis pendens. Iustinus quoq; ex trogo pompeio libro. xxxvi. Post damascum inquit abraam & israel & moses reges fuerunt. & paulopost filius iosephi moses fuit. Neq; enim de fide historiæ nunc agitur: sed de puritate sermonis. et ne quis cauillari possit: litteram librariorum uitio fuisse dispunctam: Iu uenalis satyra.xiiii.uersum hexametrũ spondeo claudens dixit. Iudaicũ edisc[illegible]seruãt ac metunt ius Tradidit arcano quodcũq; uolumine mo ses. Obseruatum quoq; est apud Iuuencum in euãgelica historia & apud aratorem cardinalẽ in actibus Apostolorũ. & apud Prudentium in uariis operibus semper moses & nunquã moyses legi. Apud autores tamẽ græ cos utrũq; indifferenter tamen legitur. Cumitaq; in eo essem articulo ut putarem in hac dictione.y.psilon fuisse interiectum: uenit mihi in men tem legisse apud nõ contẽnendæ autoritatis scriptores fuisse apud iones diphthongon ex.o.mega.&.y.psilon coagmentatũ in qua.y. psilo tali modo proferretur qualis sonat in au.& eu.diphthongis ut si ab hac parti cula ouis detrahas is. Vnde fieri potuit ut in principio a græcis moyses per.oy.diphthongon scriberetur deinde soluta diphthongo moyses tri syllabicos proferrent: sicut econtrario in ephraim & issai ai uocales solu tas in ai diphthongon cõmutarunt ephrẽ & iesse enunciantes. Declina tur autẽ hoc nomẽ apud sacrarũ litterarũ autores græcos uariis modis. Moseus & moyseus per eus diphthongon & moses siue moyses per eta. ab eo quod est moseus & moyseus fit in genitiuo moseos & moyseos. in datiuo moysei per ei diphthõgon & moysei. in accusatiuo mosea & moy sea. in uocatiuo mosen & moysen. ab eo quod est moses & moyses geniti uuus facit mosu & moysu. datiuus mose & moyse per eta. accusatiuns mo sen & moysen. uocatiuus o mose uel moses o moyse uel moyses. Ab eo quod est moseus & moyseus latini doctorissimitati moses mosis & moy ses moysis & in datiuo mosi & moysi & in accusatiuo mosen & moysen

UNIVERSIDAD DE MURCIA

facere [illegible]uerunt [illegible]uemadmodum a tideus tides ab achilleus achilles. ab ulyſſeus [illegible]lyſſes. a p[illegible]ſeus perſes. Ab eo quod eſt moſeus iuuencus libro iiii. de euãgelica hiſtoria facit in accuſatiuo moſea. cũ dixit moſea qui legum poſuit præcepta iubere. Nã quod in pẽtatheuco legitur frequẽter locutus eſt dñs ad moyſen ab eo dicatur quod eſt moyſes moyſu: Quodq; frequenter in ſacris litteris uſurpatur moyſi in genitiuo datiuus eſt pro genitiuo: nã datiuus eſt moyſi ſiue per eta in fine ab eo quod eſt moyſes moyſu moyſi. Iam uero datiuum poni pro genitiuo figura frequens eſt apud poetas: quod & Priſcianus teſtatur de his nominibus quæ ad tertiã declinationẽ latinã reducũtur. Quẽadmodũ uero ab achilleus dicimus doctores ſecuti achilles achillis achilli. & inde Vergi. pri. ænei. Troas relí quias danaũ atq; immittis achilli ꝑ achillis. & ab ulyſſeus ulyſſes ulyſſi. & inde idẽ autor in. ii. eiuſdem operis. aut duri miles ulyſſi ꝑ ulyſſis: ita ab eo quod eſt moyſeus latini potuerunt faceee moyſes moyſis moyſi [illegible] in genitiuo moyſi pro moyſis. Hæc idcirco ſunt a me tã mult[illegible] ut quodã modo excuſaretur quod in introductionibus meis propoſui declinationem barbarã: per quã dixi hoc nomẽ declinari. Illud quoq; aduertẽdum eſt omnes caſus huius noĩs circũflectere ultimã apud græcos & qui illorum declinatione utimur etiam apud latinos. Sed qđ in recto ultima circũflectatur nõdum mihi liquet: cũ apud græcos nunq; id contingat: niſi ex acuta & graui fiat ſynæreſis: id quod in nomine ieſus diximus.

Mænianum quid eſt. xxvii.

IN ezra uolumine in cap̃. vi. legim⁹ q; cyrus rex iuſſit extrui mænianũ in domo domini. Sed quid mænianũ ſit: aut unde ſit appellatũ dubitabit fortaſſe quiſpiã. Sext⁹ feſtus Põpeius Mæniana inquit ædificia a mænio ſunt appellata: qui prim⁹ in foro ultra colũnas tigna proiecit: quo ampliarẽtur ſuperiora ſpectacula. Hic eſt ille mænius qui poſt bona patris abſumpta colũnã ſibi ſeruauit unde ludos ſpectaret. De quo Horatius in. i. epiſtolarũ. Mænius ut rebus maternis atq; paternis. Atq; alio in loco mænius abſentẽ nonium cũ careret: quẽ locum enarrãs Porphyrio Mænius inquit ſcurrilitate notiſſimus poſt abroſum patrimoniũ uẽdidiſſe domũ: quã habuerat ad domũ ſpectantem una ſibi exẽpta colũna unde gladiatores ſpectaret: quæ ex eo mænii colũna uocabatur. De qua Lucilius mænius inquit cũ colũnã peteret. Aſconius quoq; pedianus in ciceronis diuinatione actionũ uerrinarum exponẽs illud ad colũnam mæniã: Mænius inquit cum domũ ſuam

UNIVERSIDAD DE MURCIA

nenderet Catoni & Flacco cēsoribus ut ibi Basilica e[illegible]icaret[illegible]cepe-
rat ius sibi unius columnæ super quam tectum pro[illegible]ret: & p[illegible]olanti-
bus tabulatis ipse & posteri eius spectare mun⁹ gladiatorū possent: quod
etiam tū in foro dabatur. & subdit ex illo igitur columna mænia uocita-
ta est. Mæniani meminit Valerius maximus in titulo de mortibus non
uulgaribus. C. Lucinius inquit dum sentētiæ dicerētur in mænianum cō-
scendit. Vitruuius quoq; libro. v. in principio. Mæniana inquit in supe-
rioribus coaxationibus collocētur. Hieronymus in epistola ad suniam &
fretelā exponēs illud psalmographi: Factus sum sicut passer solitarius in
tecto. doma in orientalibus prouinciis dicitur ipsum quod apud nos te-
ctum. In ægypto inquit & in palestina ubi uel scripti sunt diuini libri uel
interpretati non habent in tectis culmina: sed domata quæ romæ solaria
uel mæniana uocantur. i. palatia tecta quæ tranuersis trabibus subsistentā
tur. deniq; & in actibus apostolorum ascēdit inquit in doma. Iabolenus
in titu[illegible]erborum significatione. l. malum quale genus ædificii sit ostē
dit dicens. Inter proiectum inquit & immissum hoc interesse labeo ait.
quod proiectum esset in quo ita proucheretur ut nusq; requiesceret qua-
lia mæniana subgrundaria essent. i. recti partes impendentes ad parietū
munitiones. Vulpian⁹ quoq; in titulo ne quid in loco publico. l. ii. c. Cū
quidā inquit in mæniano uelum immisissēt haberet: quod uicini lumini
bus officiebat. In codice præterea Iustiniano titu. de ædificiis priuatis. l.
mæniana inquit siue olim constructa siue imposterum cōstruenda. Ac-
cursius quēadmodū & Hieronymus mæniana solaria interpretatur: sed
quod a mænibus dicantur nemo preter ipsum dixit.

Meditor pro exerceor. xxvii.

EDitor. aris. non modo significat id quod habet in promptu
hoc est cogitare: sed plærūq; pro eo quod est exercere accipi-
tur: ut apud Iuuenalē. Fuscus marmorea meditatus prælia uil
la. idem & statua meditatus prælia lusca. Plautus in sticho. Si-
mul ad cursurā meditabor me ad ludos olympiæ. Vergil. quoq;. ii. geor.
Iuno pestē meditata iuuēcæ. In hac significatione accipitur illud ex Ge-
nesi cap. xxiiii. ubi legimus Isaac exisse ut meditaretur in agro. Nā quod
Nicolaus exponit ad orandū: rectius dixisset ad arandū: nā eo in loco po
tius actum corporis q̄s mētis cogitationē intelligit. Quale est illud Pro-
uerbiorū cap. viii. Sicut pullus hirūdinis clamabo: meditabor ut colūba.
& illud Esaiæ. xlviii. Veritatē meditabitur guttur meū. quod utrūq; cum

uoce si[illegible]cātu qu[illegible] fit: ut uō male intelligatur quod in psalmo legitur: in lege e[illegible]us meditab[illegible]ur die ac nocte. & qđ hymnographus scribit semper in psalmis meditemur: ꝓ eo quod est ad cantū siue in cantu exerceri. quemadmodū apud Vergiliū in bucolicis. Silnestrē tenui musam meditaris auena. Atq; agrestem tenui meditabor arūdine musam. & illud. omnia quæ phœbo quondam meditāte beatus audiit euroras iussitq; edisce re lauros ille canit. In græco quoq; in illo loco egressus fuerat ad meditādum in agro: habetur adoleschese. i. ad exercendum.

Melita. xxviii.

ONatāti Paulo apostolo ex illa tēpestate quā describit Lucas in apostolica historia cap̄ .xxvii. occurrit insula melita. & cum euasissemus hinc cognouimus quod insula melita uocabatur. Hæc nāq; est uera lectio: atq; sic ex græco uertit interpres: nō quod in quibusdā codicibus latinis legitur tum mitylene tum miletus [illegible] melitene. Nā mitylene nō est insula: sed ciuitas est lesbi insul[illegible] cōtra troadem positæ: distans a melita nō minus octingētis millibus passuū. Miletus quoq; non est insula sed oppidū in ionia insigne. patria thaletis illius qui fuit unus idēq; primus ex septē sapiētib⁹. ac præterea Timothei musici & anaxymandri physici. distatq; a melita nostra passib⁹ aliquāto pluribus q̄ mitylene. Melitene uero ciuitas est cappadociæ: quā præterfluit Euphrates fluui⁹. Ex plinio. straboue. Martiano cæterisq;. Distat aūt melitene a melita duplo ampli⁹ q̄ miletus & mitylene. Est aūt melita insula inter siciliā & aphricā distās a syracusis quo ex melita Paulus adnauigauit passus circiter centū mille. hodie appellatur maltha siciliæ regno cōtributa. de qua Ptolemæus pelagiæ inquit insulæ inter aphricā & siciliā hæ sunt. Cosyra & glauconis insula & melita in qua ciuitas eiusdē nomidis. Strabo præterea libto. vi. in descriptione insularū siciliæ adiacētium. Imminet aūt pachino melita de qua catelli portantur quos melitæos uocāt. Plini⁹ quoq; libro. iii. in siculo inquit feto sunt insulæ in aphricā uersæ gaulos & melita a camarina octoginta quattuor millib⁹ passuū distās Atq; ut omnis de nomine huius insulæ tollatur ambiguitas: Arator cardinalis cuius autoritatē ecclesia romana præfert nō modo Hugoni cōcardinali Mametrecto & Nicolao: qui dicit mitylene esse litterā correctā cū nihil sit corruptius: sed reliquis omnibus neotericis qui sacræ scripturæ locos conati sunt enarrare. Is namq; in. ii. uolumine apostolicæ historiæ ubi hanc partem euangelista prosequitur: heroicis carminibus sic ait.

UNIVERSIDAD DE MURCIA

His dictis ruit ira maris: sublataq; dudum
Lux reuocata micat: uelamine noctis aperto
Pandere uisa solum: quod præbuit hospita uautis
Sic anio lateri remis uicina melite.

Sed aduertēda est uarietas inter duos egregios autores in syllabæ quātitate. Arator nāq; secutꝰ accētū græcū penultimā pduxit: qđ & in aliis locis fecit: nā ultima lōga exīstēs apud græcos nō uult accētū acutū in ante penultima collocari. Ouidius tñ in. iii. fastorū eādem breuiauit dicens.

Fertilis est melite sterili uicina cosyræ
Insula: quam libycī uerberat unda freti.

Micol pro merob. xxix.

IN testamento nouo quosdā esse locos in quibus aliæ personæ pro aliis legūtur: nescīri uero causas tātæ uarietatis idētidē dixímus: sed & nūc dicimus in ueteri quoq; tale aliquid reperiri: quod in secūdo regū uolumine Cap. xxi. legitur micol pro merob. Tulit inquit dauid rex duos filios Respha quos peperit Saul admoni & miphiboseth: & qnq; filios micol filiæ saul quos genuerat adrie li filio berzellaī: & dedit eos in manus gabaonitarū: quī crucifixerūt eos in mōte coram domino. Hic manifestū est micol pro merob posītā esse. Nā cōstat saul duas genuisse filias Merob primā & alterā micol ex. i. Reg. cap. xiiii. Deinde dedisse merob filiā maiorē adrieli molathite: & micol filiā minorē dauid pactā præputiis cētū philistæorū. ex. i. Reg. cap. xviii. quā postea abduxit a dauid & tradidit phalti filio lais. ex. i. Reg. cap. xv. Quam rursus dauid abstractā aphalti domū reduxit ex. ii. Regū. cap. iii. Quomodo igitur fieri potuit ut micol filios generare potuerit adrieli: qui traderētur gabaonitis? Quod si quispiā dixerit micol repudiatā rursus a Dauid: quod nō est crediblle: & supsceptā ab adriele: tēpora uidētur obstare: sed illud imprimis quod scribitur in. ii. Reg. cap. vi. Micol filiæ saul nō est natus filius usq; in diē mortis suæ. Hebræus quidā legis atq; antiquitatis hebraicæ satis perit9 dicebat mihi: merob illos quinq; uiros genuisse phalti: sed michol adoptasse sibi. Sed hoc est uiolētiam inferre lectioni: quæ dicit quod illos genuerit adrieli. In utriq; igitur codicibus hebræis & latinis nam græcos nobis uidere non contigit: mendum est Micol pro merob.

Mygale quid. xxx.

UNIVERSIDAD DE MURCIA

Inter immunda animalia legislator in Leuitico cap. xi. Mygalē nu-
merat. hæc inquit inter polluta reputabūtur de iis quæ mouētur
in terra. mustela. & mus. & crocodylus. mygale. chamæleō. & stel-
lio. Sed cū mygalē oēs interpretētur murem arachneū: nō possumus uti
aiunt digito mōstrare: q̄ nā bestiola sit: cū raro inueniatur. Plinius libro
viii. scribit. muribus arachneis uenenatū esse morsum: eosdēq; ulteriorē
regionē apoeninā nō habere: eosdēq; ubicūq; sint si trāsierint orbitā in-
terire. Iulius firmicus libro matheseon. vii. in arietis inquit parte. xviii.
qui habuerit horascopum a modica bestiola: idest aut a phalangio aut a
mure arachneo aut a scorpione morietur. Mygale uero dicitur græce a
mys q̄d est mus: & gale q̄d est mustela: quod muris magnitudine sit: mu-
stelina specie: rostro oblōgo: cauda gracili: ordine dentiū quadruplici: ut
autor est Aetius. Frequēs in britānia insula: sicq; ab insulanis hodie ap-
pellatur. Galenus libro. xi. de medicina simplici cap. xxv. & in libello de
cētaurea quasi de uenenatæ bestiolæ morsu meminit: nisi q̄ interpres
mygalē in mustelā uertit: cū mustela lōge aliud sit a mure arachneo.
Scribit præterea Herodotus libro. ii. de reb? ægyptiis: quod cū mygalæ
moriūtur. ab illis in buthon urbē humandi gratia asportātur: ut merito
Moses huius bestiolæ meminerit: quippe qui octoginta annos fuerit in
ægypto. nā ea ætate dux itineris factus ab ægyptia seruitute israeliticum
populū asseruit.

Non adiecta aut detracta. xxxi.

NOn particula negatiua in plerisq; locis adiecta siue detracta non
modo perturbat sensum: uerū etiā lectorē in cōtrariā sententiam
trāsuersum rapit. Cuiusmodi est illud q̄d Moses scribit Geneseos
cap. viii. Aperuit inquit Noe fenestrā arcæ quā fecerat & dimisit coruū:
qui ibat & nō reuertebatur. Atqui in hebræo & in codicibus uetustis lon
gobardis goticis inter poenos & latinis non particula detracta est: qui
ibat inquit & reuertebatur. qui est sensus manifestus & lectioni consenta
neus: quia uidelicet cum terra esset aquis undiq; obruta: nō inueniēs ubi
cōsisteret: ibat & reuertebatur ad arcam: idq; idētidem faciēs: ostendit tē
pus præteritum imperfectū. Nā si coruus reuersus nō fuisset: potius dice-
ret per præteritum perfectū init & nō est reuersus. Quid quod post cor-
uum colūba dimissa quoquo uersus uolitās nusq; ubi cōquiesceret inue-
niens ad arcam rediens: & post septem dies iterum remissa surculum oli-
uæ detulit: ut credibile sit tantum arborum cacumina cœpisse cōparere.
Quod si coruo aliqua cōsistēdi causa fuit: nō potuit esse alia quā cadauer

UNIVERSIDAD DE MURCIA

aliquod inuentū innatās super aquas. Itaq; nō in eo l[illegible]oramu[illegible]ac utrū coruus redierit: an nō redierit: sed ut ueritatē hebra[illegible]m defen[illegible]mus: cui astipulātur codices per uetusti: refragātur noui. Sed quēadmodū in lexico iuris ciuilis scripsimus nō quoq; particula adiecta mentē legislatoris in cōtrariū uertit. Iuriscōsultus nāq; scribēs in titulo de officio procōsulis: legatus inquit mādata sibi iurisditione iudicis dādi ius nō habet. Cæterum in pādectis florētinorū archetypis nō particula nō habetur: adnotāte Angelo politiano cui sæpe data est copia libros illos prototypos inspiciēdi. Sed an iudex delegatus habeat facultatē subdelegandi: uiderint iuris periti: nos ueterē lectionē tuemur. E diuerso quoq; eadē particula nō minus in contrariū legis æquitatē mutat. ut libro digestorū undecimo in titulo qui est de præscriptis uerbis. l. nō solent. sic enim legendum est nō ut omnes codices uulgo habēt: solēt. Non solent inquit qui nouerūt seruos fugitiuos alicubi celari: indicare eos dominis ubi celentur: quæ [illegible] non facit eos fures. Quod si legas solent qui nouerunt. &c. erit sensus legis non modo iniquus & in ciuilis uerumetiam falsus & a mente iurisconsulti alienus. Quis enim furem appellauerit eum qui scit seruum alicuius apud fugitiuarium delitescere? Quid quod Innocētius in titulo de furtis cap. qui cum fure partitur in calce cōmentationis citat hanc legem sub hac lectione non solent qui nouerunt. quod ipsum argumento est suo tempore digestorum libros nōdum fuisse uitiatos: quales nunc reperiuntur.

Onocrotalus. xxxii.

DRo eo quod apud hebræos Leuitici cap. xi. legitur caath. Septuagiuta primum atq; deinceps reliqui interpretes græci & latini onocrotalum transtulerunt. Inter aues nāq; quibus uesci per mosen deus prohibet hebræos caath hoc est onocrotalum nominat. De auibus inquit comedere nō debetis onocrotalum & porphyrionē & herodionē. Atq; iterum in Deuteronomio cap. xiiii. Im mūdas aues nō comedetis porphyrionem scilicet & nyctícoracem. onocrotalum & charadriū. Onocrotali quoq; meminit Esaias cap. xxxiiii. Non erit inquit transiens per eam: & possidebunt illā onocrotalus & ericius. Plinius libro. x. naturalis histo. cuiusmodi auis illa sit his uerbis ostēdit. Olorum similitudinem onocrotali habent: nec distare existimarētur omnino nisi faucibus ipsis ineset alterius uteri genus. huc omnia inexplebile animal cōgerit: mira ut sit capacitas, mox perfecta rapina sensim

inde in[illegible] reddit[illegible] nferam in aluum ruminantis modo defert. Hæc pul-
cherrim[illegible] dictu sunt[illegible] d nihilo plus afferūt utilitatis quam si nihil dicere
tur. Neqꝫ emī satis est audire quod sit auis cygno similis: cū sit nostratibꝰ
cygnis duplo maior: tāetsi illis aliquo modo sit persimilis. Nā quod Pli-
nius scribit nihil ab oloribus distare: nisi faucibꝰ ipsis ineſſet alterius ute
ri genus: quid per uterum ipse intelligat satis liquet: nō tamē per nomē
designatur quod ipse uult. hoc est ingluuiē: quæ a græcis prolobos dici-
tur. Est autē ingluuies quēadmodū ab Aristotele in. iii. de historia anima
lium definitur: cutis in amplū sinuata. qua primū cibus ingestus cōtine-
tur incoctus. hæc qua parte iūgitur gulæ angustior est. mox amplior. tū
qua desinit in uētriculū iterū arctior. de qua Vergiliꝰ in. iii. geor. Impro
bus ingluuiē raniſqꝫ loquacibus explet. Hæc inquā in onocrotalo mirū
in modū est ampla: quippe quæ amphoræ mensurā aut nō multo minus
capiat. de qua Martialis. Turpe rauenatis guttur onocrotali. nam turpe
guttur ꝓ magna ingluuie posuit. Turpe enim ꝓ magno aliq[illegible]do accipi
notauit Seruiꝰ grāmaticus in illud Vergilii. iii. Georgicorū. Optima tor
uæ forma bouis: cui turpe caput cui plurima ceruix. & illud ex. iiii. eiusdē
Armēta & turpes pascit sub gurgite phocas: utrobiqꝫ exponēs turpe pro
magno. Hanc onocrotalus aqua explet: atqꝫ ore aperto piſculis se obie-
ctat: quos cū sentit deprehēsos intra ingluuiem: aquā per oris spiramēta
euomit: atqꝫ ita præda uescitur. ab hoc aquæ uomitu ego suspicor ab he-
bræis auem cognominatam caath ꝙ caath uomitus interpretatur. & ne
quasi de re incognita pluribus disputē: duos onocrotalos contigit mihi
uidere: alterū cominus in foro bononiensi: ad uulgi spectaculum publi-
ce expositum: alterum eminus ad anæ fluminis ripam: ad cuius uolan-
tis monstrosam magnitudinem uisendam multi mortales concurrerunt
Aequiperabat sane mole sua agnum anniculum. Sed cū nemo sciret auis
nomen: quamqꝫ alii dicerent se alias consimiles uidisse: ego illis dixi cro
ton in italia uocari. & reuera ita appellabant bononienses. Sed cum ono-
crotalus interpretetur asinus crepitans: quoniā onos est asinus & crotao
crepito: uidetur nomen impositum a uoce quam auis illa edat. quam mi-
hi audire non licuit: propterea quod quemadmodum dixi alterum comi
nus extinctum alterum eminus uolantem conspicatus sum.

Phase pascha pesach. xxx.

UNIVERSIDAD DE MURCIA

Vid interpreti uenerit in mentē: ut quo[illegible]b hebr[illegible] dicitur pesach per sama: in exodo atq3 aliis in[illegible]cis instrue[illegible]nti uetes ris interpretatus sit in phase: in testamento nouo græce & latine dicatur pascha. aut quid simile inter se habeāt hæc tria pesach. phase, pascha: ut ausus sit latinus interpres uertere pesach in phase: aut græcus in pascha: uellē differeret mihi quispiā triū linguarū peritus. Interim uero dicā ego quod sentio: quo ad alius afferat aliquid melius. Sed de phase in primis. p. exile in aspiratū uerti frequēs est apud eos qui de hebræo sermone transferūt in græcū aut latinū. ut p eo quod hebræi dicūt paro. pasga. pasur per. p. exile: græci primū deinde latini transtulerūt pharaon. phasga. phasur per. ph. aspiratū. & mille alia. seba uero apex qui subiicitur. p. litteræ cū ab illis prope semp per. e. uocalē proferatur: græci & latini plærūq3 uertūt in. a. ut pro eo quod illi dicunt per seba semuel zebulon rephaim. nos per. a. proferimus. Quod illi præterea zera geder. ec[illegible]n p segol: nos zara gader acaron pronūciamus per. a. uocalē. Sama quoq3 in. s. uertendum esse nō est dubiū: quæ littera quanq3 non multum distet in prolatione a zeta. s. nostro & sigma græco respōdet: cū sin & sade uiolenter in illas transferantur: quemadmodū in libello de potestate litterarum ex autoritate Hieronymi demōstrauimus. Illud mirabile quid placuerit interpretibus græcis & latinis heth litteram: quā Hieronymus duplicem aspirationem uocat subiecto patha siue cames uertere semper in. e. litterā ut noah. noe. tarah tare corah. core. iephtah. iepthe. atq3 eadem ratione pesach phase. p. subtili in aspiratum. e. in. a. sama in. s. heth subiecto patha in. e. Atqui græci litteris inuersis in pascha uerterūt. Nam heth litterā in chi. suum plærūq3 mutant. latini quia talē uocem non agnoscunt nisi tantum in dictionibus græcis: illā prope semper expungunt: aut in simplicem aspirationem uertunt. ut pro eo quod hebræi per heth dicunt haran hori horeb & hebron: græci per suum chi charan chori chore chebron dicunt. at latini expuncta heth littera. aran. ori siue horei ebron siue hebron proferunt. De nominis huius interpretatione nihilo magis est silendum: in quo maximi autores aberrarunt putantes pascha dictum a pascho quod est patior perinde ac si dictio hebraica patiatur etymologiam græcam aut græca latinam. De quo in repetitione quadam nostra disputauimus: monstrauimusq3 non posse fieri. hi sunt nō de media plebe: sed ex prima nota. Lactantius. Ambrosius. et ætate nostra Ioannes tortellius aliiq3 plures. Atqui Hieronymus cui

magis[illegible] reliqui omnibus in litteratura credendum est in sermone de celebra[illegible]one paschalibus: pascha inquit nō est græcū: sicut uulgo uideri solet: sed hebræū esse dicunt: qui linguā utrāq; nouerūt: neq; enim a passīone quoniam paschin græce latine dicitur pati: sed ab eo quod transitur. Idē apud matthæū pascha inquit hebraice dicitur phase non a passione: ut plerīq; arbitrātur: sed neq; dicitur pahse a trāsitu maris rubri: id quod ecclesia canit: post transitum maris rubri christo canamus principi: sed quod exterminator uidens sanguinem in foribus israelitarū pertransierit: neq; percusserit illos. Ait namq; scriptura. est enim phase. i. transitus domini. & transibo per terram ægypti nocte illa: percutiamq; omne primogenitum. & sequitur. Cūq; uiderit dominus sanguinem in superliminari in utroq; poste: transcēdet hostium domus: & non sinet percussorē ingredi domos uestras. atq; iterum. & cū dixerint uobis filii uestri: quæ est ista religio: dicetis eis. Victima transitus domini est: quando transiuit super domos filiorū israel in ægypto. Habet autem phase accentū in prima: non ut uulgus putat in ultima syllaba.

Phiton pro pythone. xxxiiii.

St in sacris litteris apud hebræos uerbū frequens ob: quod græci interpretes in engastrimython: latini in pythona uerterūt: non in phitonem: ut omnes latini codices habent: cum sit phiton nihili uerbum. aut si pro pythone sit positum: erūt in una dictione tria errata: quæ nulla ratione defendi possunt. Primum quod additur aspiratio. p. litteræ exili. alterum quod detrahitur aspiratio th. litteræ aspiratæ. tertio quod ponitur. i. iota pro ypsilo. quæ uitia inter quadraginta barbarismi species a grammaticis numerantur. Atqui mirum est tantum errorem non fuisse animaduersum a tanta doctissimorū uirorum multitudine: qui diuinæ lectioni operas suas dedicarunt: cum præsertim tam crebra huius uerbi mentio fiat. ut Leuitici cap̄. xx. Vir inquit siue mulier in quibus phitonicus uel diuinationis fuerit spiritus: morte moriatur. In deuteronomio quoq; cap̄. xxiii. Non sit malefícus neq; incantator. nec phitones consulatis. & in. i. Regum uolumine cap̄. xxviii. Saul inquit interfecit eos: qui phitones habebant in uentre. & paulo post dixit saul seruis. quærite mihi mulierem habentem phitonem. & dixerunt ei. Est mulier habens phitonem in endor. & subdit saul uerba ad mulierem. Diuina mihi in phitone: & suscita mihi quem dixero tibi. & de eodem in. i. Paralipo. libro cap̄. x. Mortuus est inquit saul: eo quod

phitonissam consuluerit. In quarto quoq; regum cap. xxi. de manasse filio ezechiæ regis iuda. Obseruauit inquit augurium & fecit phitones. In esaia quoq; cap. viii. Quærite a phitonibus & a diuinis qui stridēt in incantationibus suis. Idē cap. xix. Interrogabūt simulachra sua & diuinos & phitones. quibus in locis oībus p phiton. & phitonicus. & phitonissa. in græco ut diximus legitur engastrimythos: quod uerbum ex uerbo interpretari potest uētriloquus: quod gaster interpretatur uēter & mythos fabula siue uerbum: quod in. i. Regum libro expressit interpres: cū dixit qui phitones habebat in uētre. Hos pythonas a quibusdam uocatos Suidas autor est. Engastrimythos inquit: quē nonnulli pythona uocāt. A sophocle uero eūdem appellari dicit sternomanthin: hoc est ex pectore diuinantē. A platone uero euryclea ab eurycleo quodā uaticinatore: cuius Aristophanes quoq; meminit in comœdia cuius index est sphex. hoc est uespæ. Quid nō & Lucas in apostolica historia cap. xvi. hunc græce pythonem uocat quāquam refragātibus omnibus latinis codicib? qui pro pythone phitonem habēt. Puellā inquit quādam habentem phitonem: pro quo in græco est non habentē phitonē: sed spiritum pythonis: neq; admittēdi qui dictiones hebraicas in ordinē alphabetariū redegere scribētes phitonē per. f. litterā. neq; audiendus sipontinus: qui phitonicos entheatos siue diuinos interpr̄. Nisi forte phytonicos per. y. psilon legit: nomine a planta deducto. sed nihil ad rē de qua agitur plantæ significatio pertinet. Sed uideamus nūc unde diuini siue necromātici dicātur pythones siue pythonis spiritū habere. Est apud poetas fabula celebris: qđ post diuiniū sub Deucalione terra madefacta genuit immēsæ magnitudinis serpentē quem dixere pythonem: dictū a pythin quod est putrescere ex eo quod ex terra putri sit ortus aut in putredinē solutus. Hūc apollo traditur sagittis cōfecisse. de quo narratur ab Ouidio fabula per longa in primo Metamor. & Lucanus in. v. Matris adhuc rudibus pæan pythona sagittis explicuit. Hinc apollo uictor instituit sacros celebri certamine ludos. Pythia perdomitæ serpentis noīe dictos. Hinc pythius apollo & pythiæ apollinis uates: quæ illi? spiritu raptæ futura aut occulta dicebāt sedētes in tripode ex corio eiusdē serpētis inducto. Hic nimirū est serpens ille de quo scriptura dicit qđ erat callidior cūctis aīalibus terræ. & de quo scribit Suidas his uerbis: quod pythonis dæmonii diuini accessu mulieres entheatæ prædicebāt futura. De pythia sacerdote Strabo libro de situ orbis. ix. ubi de phocide regione urbe delphis. parnasso mōte. Autores

UNIVERSIDAD DE MURCIA

inquit [illegible]ti mem[illegible]ãt diuinũ ipsum domiciliũ profundã esse spelũcã: nõ admodũ [illegible]re lato pat[illegible]ntẽ: inde aurã quidẽ referri sacro efflante numine: excelsum aũt ostio immínere tripodem: quẽ cũ pythia cõscẽderit: hausto diuinationis spíritu dei respõsa referre & metro & oratione soluta. Eadem propemodũ & Iustinus libro.xxiiii. narrat. & Lucanus in.v. Vt uidit pæan uastos telluris hiatus. Diuinam spirare fidẽ uentosq; loquaces Exhalare solũ: sacris se condidit antris Incubuitq; adyto. uates ibi factus apollo. & non solum uates sed uatum quoq; numẽ. nã quattuor res maximæ decernũtur illi. diuinatio: sagittãdi peritia. musica & ars medicamentaria. & quẽadmodũ pythiæ ab apolline pythio sunt cognominatæ: ita & phoebades a phoebo. Lucanus. Nõ inquã plenior artus phoebados irrupit pæan. Fœminas uero has diuinatrices quas dixim⁹ engastrímythos a græcis appellari philochorus in.iii. de diuinatione libro scribit solitas quoq; fuisse carminib⁹ mortuorũ animas ex inferis excitare. Suidas q̃q; ubi de engastrímytho affert illud ex.i. Regũ de pythonissa q[illegible]e samuelis animam defuncti elicuit. Hieronymus quoq; in illud Esaiæ cap̃.xix. Per hæc inquit uerba significat magorũ necyomantiam per quã animas euocare dicũtur & tenues umbrarũ immo dæmonũ audire uoces. Deniq; p pythone aquila magũ interpretatus est: qui hebraice dícitur ob. pro quo septuaginta de terra loquẽtes transtulerunt. Hæc hieronymus.

Porphyrio. xxxv.

Nter aues quibus per mosen deus prohibet hebræos uesci rachan enumerat: quem interpretes græci & latini in porphyrionẽ uerterũt. Scribit nãq; in Leuitico cap̃. xi. hæc sunt quæ de auib⁹ comedere non debetis & uitãda sunt uobis. & postea quã aliquot enumerauit subdit. cicnum & onocrotalũ & porphyrionem. Atq; iterũ in Deuteronomio hoc est secũda lege ubi eadẽ uerba sed alio ordine repetuntur. Aues inquit immũdas ne comedatis aquilã scilicet & gryphẽ & subdit ibin & mergulũ porphyrionẽ & nycticoracẽ. Sed neq; hebræi hodie sciũt quid sit rachan. neq; aliquis ex græcis aut latinis autoribus quos mihi cõtigit aut legere aut audire mihi qđ aiunt ad manũ monstrare potuit: quæ auis aut cuiusmodi sit porphyrio. meminit illius Martialis in dístícho cuius index est porphyrio. meminit Aristoteles in tertio de hístoría animalíũ uolumine: sed neuter illũ ante oculos ponit. Plinius certe luculẽtissime libro naturalis historiæ.x. his uerbis porphyrionem describit. Bibũt aues fluctu cæteræ: porphyrio solus morsu bibit.

UNIVERSIDAD DE MURCIA

Idē ex proprio genere omnē cibū aqua ſubinde tinge[illegible]: deinde [illegible]ede ad roſtrū uelutí manu porrigēs. roſtra iís & prælōga c[illegible]ra rubēt. S[illegible]tís aper te Plínius porphyrionē nobís ante oculos ponít: ſed níhil mírū eſt ígno rari auem quæ ſit paucís cognita. Sed cū ín bætica mea turdertanía ma= xime ín qua eſt patría mea nebríſſa: hæc auís ſít familiaríſſíma: atq; ín ſín gulís prope domíbus habe atur ín delíciís: quæ me ratío ab ígnoratione reí notiſſímæ: ac ſeſe oculís omníū nebríſſenſíū cotídie ingerētís excuſa= re poteſt: aut q̄ dari uenía ín plano ſolo ceſpítantí? Nā ín eo opere ín quo dictíones græcas & latínas ín uoces híſpanas atq; híſpaníēſes ínterpreta tus ſum: porphyrionem eſſe díxí auem alas rubras habentem atq; rur= ſus phoenicopterum alas quoq; rubras habentem díxí: quaſí ídem eſſet porphyrion quod phœnícopterus. Sed ín utroq; meetymon decepit. ín altero quod porphyra eſt purpura. ín altero quod phoeníceus eſt pu níceus. Poſtea tū longa experiētía dídící porphyrionem eſſe quē uocant ín bætica [illegible]a calamon. Phoenícopterū uero quem appellant flamenco. utrūq; ſæpe uíderā atq; ſæpe nominarí audíerā: ſed quēadmodū Arius barboſa meus ín quodā epígrāmate de me teſtatus eſt ex uerbís Plínií ín proemio naturalís híſtoríæ. Arduū eſt nomína rebus & res nomínibus reddere: ídq; non modo ín íís quæ ſunt a nobís remotíora: uerum etíam ex íís quæ íter manus oculoſq; uerſantur.

Scruta quæ ſunt. xxxvii.

ANgelus polítianus pace alíorū díxerím: noſtro ſæculo uír omníū eruditíſſímus ín prima quā unícā uídím? centuría obſeruatione triceſíma hís uerbís ſcríbit. Vocabula quæpiā ſunt íta rara ínuen tu: ut ſí iterū ín ea incídam? ob íd feciſſe operæpreciū uídeamur: ſqm̄ ſín gularía credebātur. ſícut ínquit ſcruta díxit Horatí? ín hoc uerſículo ex pri. epíſtolarū. Vília uendentē tunícato ſcruta popello. díxit íterū Sído= níus apollínarís líbro epíſtolarū. víí. per hæc uerba. Nunc quædā friuola: nūc ludo apta uírgíneo ſcruta donabat. Sed hominís dílígētíā admíror: qui neq; díxit ſcrutū quíd eſſet: & quod putauerít poſt Horatíum Sído= níum modo Apollínarē eo uerbo uſum. Nam & Hieronymus bis íd uo= cabulum poſuit: prímo ín. iíí. Regum líbro. caꝑ. x. negocíatores ínquit uníuerſíq; ſcruta uendentes. Atq; íterum ín Neemía. caꝑ. iíí. Poſt me= ſollam ædíficauít Melchías fílíus aurífícís uſq; ad domum nathinæorū & ſcruta uendentíum: pro quo mendoſe ín recentíoríbus líbrís ſcuta uē= dentíum utrobíq; legítur. Hínc ars ſcrutaría eorum qui ſcruta uendunt:

UNIVERSIDAD DE MURCIA

ut apud [illegible]puleiū in [illegible]ii. de asino aureo. Vos inquit per balneas & aniles cellulas reptantes scrutariā facitis. Quid uero scrutū significet nō possumus uno uerbo mōstrare: sed quātum ex uaria lectione colligimus scruta sunt merces uiles minutæ aptæq; potius ludis q̄ seriis rebus. & scrutarii huiusmodi res uēdētes: quos hebræi roolim uocant. Hieronymus in scruta uēdentes uertit. uulgus buhoneros appellat: ipsasq; res baratiias nominat. hinc est uerbū scrutor. aris. pro eo quod est scruta & huiusmodi res implicitas & cōfusas explicare: ea forma qua a rima hoc est fissura inclinatur rimor. aris. p eo quod est quasi per rimas aliquid inquirere.

Scutulata. xxxviii.

IN psalmo quadragesimo quarto qui est apud hebræos quintus & quadragesimus: pro eo quod hebraice legimus lircamoth: Hieronymus interpretatur in scutulatis. in editione uulgari habetur circumamicta uarietatib⁹. In quo duplex est diuersitas ab hebræo: altera uersuum distinctione: altera in uerbis. Ordo namq; in hebræo hic est. Omnis gloria filiæ regis intrinsecus: fasceis aureis uestita est. & sequitur alter uersus. In scutulatis ducetur ad regē: uirgines sequētur eā. amicæ eius ducētur illuc. In editione cōmuni aliter. Omnis gloria eius filiæ regis abintus in fimbriis aureis circūamicta uarietatibus. Hic interpungēdo subdītur alius uersus. Adducētur regi uirgines post eam: proximæ eius afferētur tibi. Omitto nūc alias diuersitates in uerbis & in sentētiis: uenio ad illā quod pro circūamicta uarietatibus Hieronymus ex hebraica ueritate interpretatus est in scutulatis. Pro uarietatibus nāq; non est qui nō intelligat uestes diuersicolores: aut polymitas: aut segmentatas: quæ tamē uestes sint scutulatæ pauci nouerūt. Scutulatarū quoq; uestium fit mētio in Iezeciele. Cap. xxvii. Propter multitudinē inquit operum tuorū guttam. purpurā. scutulata. byssum. & sericū proposuerunt in mercatu tuo. Scutulatorū quoq; meminit Iuuenalis dicēs. Cerulea indutus scutulata & galbana rasa. Cūq; ex lircamoth uerbū ex uerbo interpretetur in uacuitatibus: quod genus uestis intelligendum sit hoc in loco uideamus. Scutulata uestis ut inquit Varro dicta est quasi sit uelut scutulis quibusdā distincta. Plinius quoq; libro. viii. ubi de textrina plurimis liciis texere quæ polymita appellāt: alexādria instituit: scutulis gallia diuidere. & pauloante: quā sola arsait scutulato textu cōmendat. Sed scutula illa quēadmodū sint effigiata nōdū liquet: an uidelicet colorū uarietate:

UNIVERSIDAD DE MURCIA

an liciorū permutatione: nūc expressa: nunc depr[illegible]: ut in m[illegible]ppis fieri uidemus. Ego uero quātum assequi possum coniectura sic existimo: scuta illa ex inanitate filamenti in maculas esse formata: idq; ex liciorū subductione fieri: quemadmodū etiā nūc uidemus ex filorū incisione sindones & mantilia in uarias picturas foraminari. Cur uero id existimē mouet me id quod Plinius libro. xi. scribit agēs de generib⁹ arachneorū: inter quos scutulatorē quoq; enumerat. Texere inquit a medio incipit circinato orbe subtegmina adnectēs: maculasq; semper paribus interuallis sed subinde crescētibus ex angusto dilatās insolubili nodo implicat. quāta arte celant pedicas scutulato rete ad capiēdas muscas circa grassantes? Vides a plinio retis maculas appellari scutula. Accedit sermo hebræ⁹ qui eiusmodi foraminulentas uestes recamoth. i. uacuitates siue inanitates uocat.

Sedere ad dextram. xxxix.

QVm apud oēs nationes usitatissima sit cōsuetudo ut qui sedet siue incedit ad dexterā alicuius obtineat locū priorē: quid sibi uult quod in psalmo. cix. legimus Dixit dominus dño meo: sede a dextris meis. nā cū psalmus ille in sensu etiā litterali de christo intelligatur: sintq; uerba patris ad filiū: quid incōgruentius dici potest: aut quid magis indecorū quā quod filius priorē occupet locum? Neq; solum hic sed mille aliis in locis scriptura sacra testatur christum ad dexterā patris sedere: qui tametsi natura patri est æqualis: qua tamē fili⁹ & qua homo est cedere debuit patri primā sedē. Scio hūc locum a theologis exponi solere a dextris: idest in bonis potioribus. expositio certe nimis uiolēta: atq; male cohærēs. Quod si ad dexterā sedere honorificentius est: cur in eodē psalmo subiūgitur dominus a dextris tuis? aut quid sibi uult hæc dexterarū permutatio: quod & Augustinus subdubitauit. Legimus præterea in. iii. Regū libro cap̄. ii. de bethsabe cū uenisset ad Salomonem filiū nuper regno potitum: quod sedit rex super thronū suū & quod positus est thronus matri regis & sedit ad dexterā illi⁹. Illud quoq; ex psalmo. iiii. &. xl. Astitit regina a dextris tuis ī uestitu deaurato. Neq; enim tantum reuereutiæ filius debet matri aut sponsæ spōsus: ut si ad publicum magistratum peruenerint matri aut sponsæ in aliorum maxime conspectu priores sedendi partes concedant. Iure igitur factum est ꝙ Qu. fabius maximus cōsul cum pater proconsul equo uehēs illi obuiam processisset imperauit lictori ut iuberet patrē ex equo descēdere: qui iussus paruit: filiūq; collaudauit: quod dignitatem imperii retinuisset. Ego

uero cū hanc ordinis sedēdi indignitatem mecum sæpius reputarem: subiit mihi quædā suspicio aliū fuisse apud antiquos sedendi ordinē quā qui sit nostris temporibus: ut uidelicet qui sederet ad sinistram esset potior eo qui sederet ad dexteram: id quod postea multis argumentis fuit mihi exploratū atq; cōpertum. Sed qua uia in eam cogitationem peruenerim paucis mihi narrandū est. Principio q; illi qui potētiores assectabātur siue armati siue inermes tum satellites. tū stipatores. tum laterones siue latrones fuisse dictos: eosdēq; apud autores dici aut tegere latus. aut claudere latus. aut cingere latus. Horatius in secūdo sermonū. ut ne regā spurco damæ latus? Iuuenalis. Diuitis hic serui claudit latus ingenuorum filius. Ouidius. iiii. de pōto. Dumq; latus sancti cingit tibi turba senatus. Latus quoq; intectū siue nudū dicebatur illius quem nemo comitaretur. Ambrosius in sermone de obitu fratris sui. quod si quādo sine altero prodeūdum fuit: intectū latus putares. Seneca libro. iii. epistolarū. Nudū erit latus: incomitata lætitia. Is præterea qui aliū comitabatur: dicebatur erat ire exterior. Cui uero præstaretur comitatus: ire interior. Horatius ubi supra Ne tamē illi tu comes exterior si postulet ire recuses. & subdit uerba quæ supra retulimus. ut ne tegam spurco damæ latus? haud ita troia me gessit. Ouidius libro. v. fastorū. & medius iuuenū nō indignātibus ipsis ibat: & interior si comes unus erat: de sene loquitur cui debetur honos a iuuenibus. Atqui restat probandū quod exterior is dicatur qui sit ad dexteram alicuius: & interior qui ad sinistrā. Seruius grammaticus enarrans illud Vergilii ex. v. æn. Radit iter leuū interior: exponit pro sinisterior. citatq; Ciceronē dicentē in quē omnia intus. & Sallustiū in. ii. historia. introrsus prima asiæ bithynia est. ubi Cicero intus & Sallustius introrsus pro sinistrorsus acceperūt. Horatius quoq; in. ii. sermonū. Interiore diem gyro trahit: ire necesse est. ubi interiore p sinisteriore ponitur: quod meridies mūdi pars sinistra est: quēadmodū septētrio dextra. Lucanus in. iii. pharsaliæ. Ignotū uobis arabes uenistis in orbē umbras mirati nemorū non ire sinistras idest meridionales etiā in æstate. Ouidius quoq; in. ii. meta. Neu te dexterior tortum declinet ad anguē. Neue sinisterior pressum rota ducat ad aram. Atqui anguē inter duas arctos in morē fluminis labi & aram ad meridiē sitam esse nullus poetarū sed neq; astrologorū ignorat. Colligamus igitur ex iis quæ diximus eū qui sit alteri? comes claudere aut cingere aut tegere latus atq; eidem ire exteriorē hoc est ad dexterā illius. Cuius uero latus clauditur cingitur tegitur ire interiorē hoc est ad

ſiniſtrā: qui locus erat dignitate præſtātior. Eſt præterea nō contenēda quædam ratio ſumpta ex eo quod legimus Paulū apoſtolū datum comitem ad dexterā petri: quod in illorū imaginibus diſponēdis pictores obſeruant: & in diplomatis pontificum ſigillo munitis animaduertimus ut Paulus ſemper ſit Petro dexter. Nūquid tanquā in potiori loco? Abſit ut apoſtolorū principi alter quiuis præferatur. Nam quid ſibi uult gladius ille quem Paulus habet ſtrictum: niſi quod eſt Petri comes ſtipator atq; ſatelles? Huius antiquitatis ignarus Thomas in illud Apoſtoli ad galatas cap̄. i. qui ſuſcitauit eū a mortuis: cū nō haberet quid diceret: ad commentum illud cōfugit: quia præſens inquit uita ſignificatur per ſiniſtram: futura uero per dexteram. inquātum iſta eſt cœleſtis & ſpiritualis: illa uero t̄poralis: ideo petrus qui uocatus a chriſto adhuc in carne mortali poſito ponitur in bulla papæ in ſiniſtra parte. Paulus uero quia uocat⁹ a chriſto iam glorificato: ponitur in dextra parte. Reliquū eſt ut ad quæſtionē Auguſtini de permutatione dexterarū reſpondeamus. Ille nāq; ut eſt in rebus quæ ad noſtrā religionē pertinēt nihil affirmātis academiæ imitator uidetur illā non penitus explicaſſe. Nos uero ex iis quæ in ſuperioribus dicta ſunt reſpōdemus: qđ aut pater ſedet in throno maieſtatis ſuæ: & ita iubet filiū ſibi a dextris hoc eſt in ſecundo loco ſedere: aut præſtat ſe filio tanquā ſtipatorē protectorēq;: & tūc reponit filiū in primo hoc eſt in tutiori loco & ſic dictū eſt dominus a dextris tuis: unde ſubdit: confregit in die iræ ſuæ reges. Atq; iterū in pſalmo. xv. Prouidebā domino in conſpectu meo ſemper: quoniam a dextris eſt mihi ne commouear.

Symbolum quid. xl.

EX falſa nominū etymologia multi etiā ex uiris doctiſſimis in miſerādos errores lapſi ſunt: ut in uerbo ſymbolum: putātes quod diceretur a ſyn quod eſt con: & bolos qnēadmodum ipſi interpretantur bucella: finxerunt neſcio quæ ſomnia: & quæ nuſquā apud autores legūtur idoneos: Poſt aſcenſionē dñi ſiue poſt ſpiritus ſancti miſſionē apoſtolos in unū locum congregatos cōpoſuiſſe ſymbolum. ita ut quiſq; illorum ſingulos fidei articulos contulerit: ut Petrus primū. alter ſecūdum. alius tertium: & deinceps alii ſuos bolos dederint: quo nihil ineptius ſed neq; puerilius excogitari poteſt. Ego namq; non diffiteor ex cōmuni apoſtolorū cōſenſu ſiue illorum centū uiginti quos ſuo aduētu ſpiritus ſanctus afflauit: ſymbolum fuiſſe compoſitum: illud uero qđ ſuā quiſq; particulā cōtulerit neq; eſt credibile neq; ueriſimile.

UNIVERSIDAD DE MURCIA

Inis enim quæ multorum decreto constituuntur: non unusquisq; suum uerbu[illegible] siue orationem dicit: ut inde quasi senatus consultū conficiatur: sed omnes eādem rem sentiunt: aut uno sententiam dicente cæteri pedibus manibusq; in eādem sententiam eunt. Sed decepit illos etymologia: quod bolus esset bucella putantes: non minus ridicule quam in uerbo dia bolus: quod dicatur a dia quod est duo & bolus: cum potius interpretetur calumniator a diabalin quemadmodum symbolum collatio a diabæno: quod est confero. Sed qua de causa apostolorum symbolum sit uocatum Ruffinus presbyter aquileiensis in expositione symboli ad Laurentium papam multis uerbis exponit. quæ libuit hoc in loco apponere: ut autoritate tanti uiri permoti desinant somniare iis de rebus quæ ad historiæ fidem pertinent. Tradunt inquit maiores nostri quod post ascensionem dñi cum per aduentum spiritus sancti supra singulos quosq; apostolos igneæ linguæ sedissent: ut diuersis uariisq; linguis loquerētur: per quod eis nulla gens extranea nulla linguæ barbaries inaccessa uideretur & in uia: præceptum eis a domino datum ad prædicandū dei uerbum ad singulas quemq; proficisci nationes. Omnes igitur in uno loco positi & spiritu sancto repleti breue istud futura sibi prædicationis indicium in unum cōferendo quod sentiebat unusquisq; cōponunt: atq; hanc credētibus dandā esse regulam statuunt. Symbolū autem hoc multis & iustissimis ex causis appellari uoluerunt: symbolum enim græce & indiciū dici potest & collatio: hoc est quod plures in unū cōferūt. Id enim fecerūt apostoli in his sermonibus in unum cōferendo quod unusquisq; sensit. Indicium autē uel signum idcirco dicitur: quia in illo tēpore sicut apostolus Paulus dicit & in actibus apostolorum refertur: multi ex circumuenientibus iudæis simulabant se esse apostolos christi & lucri alicuius uel uētris gratia ad prædicandum proficiscebantur. Idcirco istud indicium posuerunt: per quod agnosceretur is: qui christū uere secundum apostolicas regulas prædicaret. Denicq; & in bellis ciuilibus hoc obseruari ferūt: quoniam & armorum habitus par & mos unus est atq; eadem institutа bellādi: nequa belli subreptio fiat: symbola distincta unusquisq; dux suis militibus tradit: quæ latine signa uel indicia nuncupantur: ut si forte occurrerent quis de quo dubitetur: symbolum prodat si sit hostis uel socius. Ex his Ruffini uerbis satis colligitur & unde dicatur symbolū: & quod a pluribus constituatur simul: & in quos usus ordinetur hoc est sit quasi belli tessara.

UNIVERSIDAD DE MURCIA

Nueniũtur in sacris litteris frequenter hæc duo uerba similia & similago. ut in Leuitico cap̃. ii. cũ obtulerit oblatiõẽ sacrificii dño: simila erit eius oblatio. & ibidẽ cap̃. vi. Hæc erit lex sacrificii. tollet sacerdos pugillũ similæ. & centum aliis in locis. Hinc similago dicitur ea forma qua a farre farrago. a plũbo plũbago: cũ idem sit simila qđ similago. ut Eccli. cap̃. xxxv. Retribuet gratiã: qui offeret similaginẽ. & ibidẽ cap̃. xxxiii. Da suauitatẽ & memoriã similaginis. Sed quid ea uerba significẽt: nõ uocabulorũ interpretes: nõ sacrarũ litterarũ enarratores: nõ deniq; medici: quorũ scire hæc maxime intere erat addiuinarũt oẽs ad unũ dicẽtes esse florẽ purgatæ farinæ: hoc est pollinẽ illã subtilissimã quæ ex setaceorũ cõcussione resoluitur atq; euolat: aut fariã̃ per sericea cribra purgatissimã. Georgi⁹ merula delicias triticeæ fabæ dixit esse: qđ & ego fateor: sed nõ quas ipse putauit. ille nãq; reliquis oĩbus uidetur subscribere dicẽtib⁹ esse farinã illã purgatissimã delicatissimãq;. Ioannes baptista qui ex nostræ tẽpestatis scriptoribus uult uideri diligentissimus: plurimum aberrat putans esse gen⁹ legumínis. Sed nos quid simila sit breuiter dicam⁹. Granũ tritici molitũ in tres partes resoluitur in cutẽ illã tenuẽ: quã furfures medici. Plini⁹ & Columela saluiatũ appellãt: reliqui farinæ purgamẽta. In nucleũ hoc est semẽ illud dulce & glutinosum in medio sinu grani: qđ est genitale semẽ unde erũpit radix atq; tritici herba primũ: ac deinceps calamus. In corpus deniq; qđ defendẽdi seminis gratia est a natura excogitatũ: & qđ cadẽs in terra moritur. ut dicit saluator Ioannis cap̃. xii. Hoc friabile est atq; in farinã resolubile: cũ semẽ lẽtore suo uix resolui possit. Farina igitur ex tritico his trib⁹ cõstat. saluiato. semine. corpore. q̃ cũ setaceo excernitur. ut dicit Vergili⁹ in moreto. subsidit syncera foraminibusq; liquatur emẽdat a ceres. Reliqua duo eminẽt. q̃ rursus in eodẽ setaceo cõcussa supnatat saluiatũ. semẽ uero suo põdere it pessum. atq; ita ex crebra setacei cõcussione secernitur saluiatũ a semine. & hoc est quod nos assueram⁹ dici similã illã ex qua sibi offerri sacrificii oblationẽ de⁹ i scriptura toties exigit: & ad multos mortaliũ usus accõmodatã: ut dicit Martial. nõ poteris similæ dotes numerare nec usus pistori toties cũ sit & apta coco. Ex ea namq; cõficiũtur panes nõ modo gustui iucũdissimi: sed qđ adalimẽti rationẽ pertinet firmissimi. Nã qui ex pollinẽ cõficitur ut inquit Celsus libro. ii. infirmissim⁹ est unde panis autopyros a quo simila nõ est excreta. quẽadmodũ secũdari⁹ quẽ Trãquillus dicit Augustũ appetisse: in quo saluiatũ a simila non est

secretum. Astipulatur huic meæ assertioni hebreæ litteræ: quæ ubicunq; nos habemus similam illi habent soleth per sama litteram. Interrogati uero hebræi quid soleth sibi uelit: acemit dicunt. atqui in bætica mea acemit uocant: id quod ego similam dico: ex qua in festorum celebritatibus faciūt delicatissimos panes: quales sibi deus offerri iubet Leuitici cap. xxiii. & .xxiiii. & mauri atq; æthiopes qui apud nos degunt: suum illum peculiarem cibum concinnant: quem sine honoris præfatione nominare non licet: alcuzcuz appellāt. Astipulatur quoq; tarraconēses quos opici aragonēses dicūt: paucis litteris mutatis semola pro simila uocāt. Temperatur autem cibus ille oleo melle aromatisq;: cuius sapori sacræ litteræ assimulāt panē illum angelicum qui de cœlo cadebat. Exo. xvi. Erat inquit mana quasi semē coriādri albū. gustusq; eius quasi similæ cū melle. Frigebatur aūt & oleo. ut in. ii. Reg. cap. vi. & in paralipomenis. dedit uniuersæ multitudini similā frixā oleo. Sidoni? quoq; apollinaris. similā fricta in quadā cōtinētiæ sartagine. De similagine quod idē est Serenus additur excussus dulci similagine furfur. & Cato de re rustica. Selibram similaginis indito. Illud tñ aduertendum quod cū sint multa tritici genera quæ Plini? & Columella ad tria reducūt: robum: silignē: & trimestre: in duobus ultimis uix posse dignosci similam. In robo uero ruuion hispani uocāt: nō ubiq; facile posse discerni: in bætica uero mea quā facillime.

Sin pro sed si. xliii.

Aurētius Valla libro elegātiarū secūdo. Sin inquit per si nūq; in prima parte collocatur: sed in secūda: ubi fere est duorū oppositio. affertq; in testimoniū illud Terētii ex andria. Si illum inquit relinquo eius uitæ timeo. sin opitulor huius minas. Illud quoq; ex eodē si hoc celetur in metu. sin patefit: in probro siem. Vergilius quoq; primo geor. At si uirgineum suffuderit ore ruborē uentus erit: uēto semper rubet aurea phœbe. Sin quarto exortu nāq; is certissimus autor. & fere apud autores semper eodē modo hanc particulā inuenies positam. In sacris quoq; litteris frequenter idem est illius usus. ut Geneseos cap. iiii. Nonne si bene egeris recipies: sin autem male: statim in foribus peccatum tuū aderit. Exodi quoq; cap. xxi. Si seruus habēs uxorem fuerit: & uxor egredietur simul. sin autē & dominus dederit illi uxorem &c. Leuitici preterea. xiiii. Si creuerit in cute lepra contaminabit eā. sin aūt in loco suo cādor steterit: & quæ sequuntur. In eodē quoq; uolumine & Numerorū & Deuteronomii semp in eadē significatione reperies.

UNIVERSIDAD DE MURCIA

In tertio quoq; Regū cap.i. Si fuerit inquit uir bonus: non cadet nec unus quidē capillus eius in terram. sinautem malū inuentū fuerit in eo morietur. Est etiā ut ait Valla quādo sin unum reperitur: sed quod secundi loci uim obtineat: neq; tamē superiori si respōdeat. ut apud Vergi. ii. Georg. Me uero primum dulces ante omnia musæ Quarum sacra fero ingenti perculsus amore Accipiāt. cœliq; uias & sydera mōstrent. & sequitur Sin has ne possim naturæ attingere partes. Salustius quoq; Imperat & præcio insidiatores massiniſſæ. areāt ac maxime occulte sin id parū ꝓcedat: quouis modo numidam interficiat. In sacris præterea litteris eodē modo. Geñ. xxiiii. accipies inquit uxorē filio meo isaac. Respōdit seruus. sin noluerit mulier uenire mecū in terram hanc: nunquid reducere habeo si liū tuū ad locum de quo tu egressus es: subintelligitur nāq; si uoluerit mulier uenire mecū. & tūc sequitur sin noluerit uenire. Exo. quoq; cap. x. dimitte populū meū ut sacrificet mihi. & tunc subintelligendum quod si feceris nihil tibi inferā mali. & tūc sequitur. Sin autē resistis & non uis dimittere eū: ecce ego inducam locustam &c. & infra cap. xii. tollat unusquisq; agnum per familias & domos suas. sin autem minor est numerus quā sufficere possit. &c. subauditur nāq; si familia est tāta q̄ possit agnum absumere. Et infra cap. xvii. Cūq; leuaret moyses manus uincebat israel. sin autē paululū remisisset: superabat amalech. tantū em̄ ualet cū leuaret manus quantū si leuaret manus. Item leuitici cap. v. Offerat de gregibus agnum siue caprā. subaudi si habuerit. deinde infertur. sin autem non poterit offerre pecus: atq; pari modo aliis compluribus in locis. Quare sin utrobiq; pro sed si est accipiendum. nam particula autem completiue ponitur cum in uoce sin contineatur. Quod uero sin pro si non accipi aliquando possit nusquā apud autores legitur: id quod frequenter in sacris litteris reperias. Sed recte an perperam alterius loci est disputatio. Ecclesiastici cap. v. Si est tibi intellectus responde proximo. sin autem sit manus tua super os tuum. sin posuit pro sed si non. Primo quoq; Machabeo. cap. xv. Tradite inquit ciuitates quas occupastis: sin autem uenimus & expugnabimus uos. Lucæ. xiii. Et si quidem fecerit fructum subaudi excoletur ficuus illa. et tunc infertur: sin autem in futurum succides eam. & Apoca. cap. ii. Pœnitentiam age & prima opera fac. sin autem uenio tibi & amouebo candelabrum de loco suo. quibus in locis omnibus sin ꝓ sed si non nimis uiolenter accipitur.

UNIVERSIDAD DE MURCIA

Legimus libro Regum. iiii. cap̄. vi. de cratere siue concha illa ænea quā præcepit fieri Salomon. fecit mare fusile decē cubitorum. & paulopost. duo ordines sculpturarum histriatarum erant fusiles. Omnes quos ego unquam uidi exponūt histriatarum pro historiatarum. quasi in ipsis ordinibus essent historiæ aliquæ sculptæ quod nō lōge est a uerisimilitudine. Sed quod histriatarum pro historiatarum interpres posuerit est qnidē nouum atq; inauditum: cum præsertim in hebræo nihil tale cōtineatur. Ex quo fit ut suspicer non histriatarum sed striatarum debere legi. Est quidē stria apud uitruuium in sculpturis partes quæ prominent & quasi quædā femora siue illa sint colūnarum siue fornicum. has græci exochas uocāt. Contra uero partes cauæ quibus striæ prominent strigiles dicuntur uitruuio. ut libro. iiii. Circa strigilium inquit caua & angulos striarum. Idem libro. vii. canaliculas earū quæ strigiles appellantur utrūq; ductum a stringendo siue strigando hoc est poliēdo. Plinius de fungis libro. xxii. rimosa inquit stria. nam fungos nemo ignorat esse striatos & in ipsa stria rimosos. Hinc striata dicūtur canaliculata & tumorem mediarum partium quas diximus strias appellari. Apuleius x. meta. striatam inquit gerens frontem pro rugis sulcatam. Plinius libro. xxi. Candor lilio eximius foliis foris striatis. habent enim lilia uenas prominentes in modum striarum. Idem libro. ix. de generibus concharum quasdam striatas appellat. i. a parte exteriori canaliculatas quales plerasq; uidemus. De quibus Plautus in rudēte. captamus cōchas plagusias striatas. Sidonius quoq; apollinaris. Latus utrūq; senis cauatur striaturis.

Stibium. xliiii.

In quarto Regū libro cap̄. ix. legitur qđ Iezabel uxor Achab regis depinxit oculos suos stibio. Itē in Ieremia cap̄. iiii. Cū uestieris inquit te coccino: cū ornata fueris monili aureo: & pinxeris stibio oculos tuos frustra cōponeris. Ex iis qui hæc loca exposuerunt nemo intellexit sed nec suspicatus est quid stibium sit. Nicolaus mamotrectus & catholicus cerusam interpretātur. Cantor parisiensis esse instrumentum putat quo mulieres pilos superciliorū trahūt. uolsellas id latini appellāt. Archiepiscopus cāturiēsis quod est color: sed nō cōtrahit illū ad speciē ut dicat qui color sit. Hugo cardinalis quod est unguenti genus: quo tincta facies efficitur rubra: uolens opinor purpurissum significare. Quis uero sane mētis diceret quod sit cerusa? aut quæ

unquam fœmina ornatus causa medicamẽto albo circa oculos usa est? nisi forte neq; ipsum cerusæ nomẽ quid esset intellexerũt: cũ sit albor ille ex plũbo derasus quẽ græci psimithiũ uocãt: dictũ a psimmithoo quod est colore albo linire siue fricare. Sed neq; purpurissum potest intelligi: cum nihil minus ad oculorũ pulchritudinẽ faciat: quã ullum rubricæ genus. Nã qui uolsellã dixit esse stibiũ haluncians dixit: quia oculorum facta fuit mentio. Quid igitur stibiũ sit Plinius libro. xxxiii. manifeste ostẽdit. in metallis inquit argenti inuenitur spumæ lapis candidæ nõ tamen trãslucẽtis stimmin appellant. alii stibium. alii alabastrũ. aliqui larbason. uis ei? restringere ac refrigerare. principalis autẽ circa oculos. Nãq; ideo & platyophthalmon id appellãt: quoniã dilatet oculos: & fluctiones inhibeat. Quod uero Plinius dixit lapis spumæ cãdidæ. i. albicãtis: illud est anteq; deratur. nã tritus in nigrorẽ uertitur fuligini simile. Hieronymus ad furiã nõ habuit crispates mitras neq; oculorũ orbes stibio fuliginatos. Nondũ fortasse expressimus quid stibium sit. est quod uulgus medicorũ appellat antimonium. quod hispani alcohol. Quod uero stibiũ sit antimoniũ testatur Galeni interpres qui semp stimmin antimoniũ interpretatur. Iã uero stimmin & stibiũ & alabastrum & larbason & platyophthalmon synonyma esse satis ex Plinio colligitur. Decipiuntur ergo tempestatis nostræ medici accipiẽtes stibiũ pro chalcocaumeno. i. pro ære cõbusto hoc est alhadida: ex eo fortasse decepti quod æs cõbustum & stibiũ cõmune sit medicamentũ oculorũ. Lusit diuus Gregorius in calce cõmentariorũ quos scripsit in librũ Iob exponẽs nomẽ tertiæ illius filiæ hoc est cornu stibium quasi esset compositũ a cornu & tibia instrumẽtis musicis. cũ sit a cornu & stibio hoc est gutto corneo in quo reponitur stibium: ut sit cornustibium hispane alcoholera. Nam & in libro Regũ & in Paralipomenis & Ieremiã apud hebræos puth hoc est stibiũ legitur. & in Iob cerenhapuch. i. cornu stibii. necminus in hoc hebræi decipiuntur qui pro hapuch per. p. exile habẽt haphuc per ph. aspiratũ. itaq; pro stibio interpretatur intortum: sed ego magis credo interpreti Hieronymo atq; adeo rationi: quam hebræorum litteraturæ.

Talitha & tabitha. xlv.

Scribit Marc? euãgelista cap. v. quo pacto saluator noster suscitaturus iairi filiã archisynagogi præsens puellæ manum dixit tabitha cumi. & subdit euãgelista quod interpretatũ puella tibi dico surge. Scribit præterea Lucas in apostolica historia cap. ix. qđ in ioppe phoenices oppido fuit quædã fœmina noïe tabitha q̃ interpretatata dicitur dorcas. Cũ igitur utrobiq; eadẽ sit litteratura: ne-

UNIVERSIDAD DE MURCIA

esse est in alterutro loco esse mēdū: aut uocabulū apud aramæos utrūq; hoc est puellā & dorcada significare. Cōsulto itaq; magistro Paulo uiro utriusq; linguæ aramæā dico atq; hebraicā erudito: & qui ab hebræis codicib⁹ perquā reuerēdi p̄is protomystæ toletani præest: hoc ab eo respō sum accepi: aliud esse apud aramæos talitha p. l. litterā in secūda quodq; in Marco legitur: aliud tabitha p. b. de qua in actib⁹ ap̄lorum. illud nāq; significare puellā: hoc uero capreā siue dorcada. Quare recte utrobiq; interpretati sunt euāgelistæ. Euoluim⁹ deinde græcos codices: atq; offendimus uerū esse qđ magister Paul⁹ enūciauerat apud Marcū scriptū esse talitha: apud Lucā uero tabitha. Sed ne mihi hac de re scrupulus ullus relinqueretur: excussi Remigii atq; Hieronymi interp̄tationes ex hebræo in sermone latinū: offendiq; utrūq; nomē interpretatū. tabitha cū ageretur de noibus post primæ syllabæ a finalē incipiētib⁹ secūdā a b. litteram. Talitha uero in puellā cū ageretur de noīb⁹ habentib⁹. l. līram post. a. Tāetiā fuerūt ridiculi q̄ p talitha scripserūt tabitha cū in dictiōe supiori immediata sit talim in inferiori talme: unde fit ut ex rōne ordinis debeat scribi talitha. Sz cū talitha sit puella: cumi surge: ambigeret fortasse qspiā unde cōflatū est qđ euāgelista iteriecit: tibi dico. Neq; eī in sermonis serie cōtinetur. Hieronym⁹ de optimo gñe interpretādi scribēs simile huic quæstionē ad septuaginta iterpretū uolūtatē refert: q̄ p eo qđ apud hebræos ex prīcipio p̄i. xxi. legitur. De⁹ deus me⁹ quare me dereliquisti: q̄ uerba sunt a saluatore nr̄o in cruce repetita: ipsi respice in me interposuerūt dicētes: de⁹ deus me⁹ respice in me quare me dereliqsti. Nos tñ in cōmētariis artis grāmaticæ causam attulimus: cur illud respice in me posuerunt septuaginta: & tibi dico ab euāgelista sit interiectū. Disputabamus contra eos qui dicebāt uocatiuū aliqñ poni absolnte: diximusq; semp regi a secūda psona imperatiui explicita uel subintellecta: idq; præcipue fieri cū oratio ex recta fit obliqua: ut si dixeris o Cæsar legat pōpeius: subintelligitur nāq; audi uel attēde. Qđ si uocatiuū sequeretur uerbū imperatiui modi: quod nō significet attentionē: intelligeudū esse aliud uerbūa quo uocatiuus ille regeretur: ut si dixeris o Antoni lege subaudiendū est uerbū: quo præparetur auditoris attētio hoc est audi uel percipe. Itaq; uerbum quod erat implicitū: septuaginta expresserūt dicētes respice in me. & euangelista cum dixit tibi dico: quod tantum ualet quantum audi uel attende: unde mora quædā siue silentium semper interponitur inter uocatiuum & sequens uerbū: in quibus respice & tibi dico poterāt enūciari.

UNIVERSIDAD DE MURCIA

IN Matthæo cap̄.ix.legitur: quod cum uenisset Iesus in domū iairi principis synagogæ illius filiam suscitaturus: uidit tibiicines & turbam tumultuantem. Quæreret fortasse curiosus quispiam: quid illud est quod tibiicines funeris pōpæ interssunt. An quod Boetius in prooemio artis musicæ scribit: ut cū cātico quodā dulcior fiat causa flē di. Sed iam non illud quærendū est: cur in funere cantus adhibeatur: sed cur tibiicines in funere puellæ interueniant: cū in exequiis uirorū tubicines canāt. Persius Hinc tuba candelæ. tandēq; beatulus alto cōpositus lecto. & Vergilius. xi. æneid. in funere bello peremptorum. Spargitur & tellus lachrymis. sparguntur & arma. It cœlo clamorq; uirum clangorq; tubarū. Sed tibia nimirum in funere puerorum puellarūq; adhibebatur: cuius instrumentum exile atq; angustæ uocis: de quo Martialis. Parui tibia cōdyli sonabit. Papinius in. vi. thebaidos in funere infantis archemori. Tibia cui teneros suetum deducere manes Lege phrygū mœsta. quē locū exponens Lactātius placidias iubet inquit religio: ut maioribus mortuis tuba: minoribus tibia caneretur. Tale aliquid apud nos quoq; hodie obseruatur: ut in funere uirorum cymbal. actintinabula maiora: in funere infantiū minora pulsentur. Nō igitur temere dixit euāgelista in supremo luctu puellæ interfuisse tibiicines: q̄s saluator noster iussit discedere.

Traducere quid sit in matthæo. xlvii.

IN euāgelio matthæi cap̄.i.legitur. Ioseph aūt cū eēt uir iustus & nolet eā traducere: uoluit occulte dimittere eā. sed quid illud uerbum traducere hoc in loco significet: paucis admodū est manifestum. ꝓpter aliam remotiorem uerbi significationē ab ea quæ est in promptu. nā cum latine dicamus ducere uxorem domū: uidetur etiā latine dici posse traducere uxorē: quēadmodū in epigramate callimachi de æquali ducēda uxore. atq; parem paruas lætus traduxit in ædes. nō respicientes itaq; reconditam alterā significationē iic exposuerūt: quod cū ioseph esset uir iustus noluit domū ad se traducere mariā tanq̄ ipso indignā. Alii halucinati sunt id quod erat: exposueruntq; traducere. i. propalare. Glossa quam dicūt ordinariā utrūq; tāgit dicēs: cū nolet eā traducere in publicū. i. diffamare: uoluit hoc facere occulte: uel cū uoluit eā traducere in domū suā ad cohabitationem assiduā. hi duo sensus cū sint diuersi ac pene cōtrarii: ego non uideo quomodo possint stare simul: neq;

em quia hocuerbū traduco diuersos habet significatus: quilibet illorum propterea sensui pōt accōmodari. Sed uter illorū magis sit ueritati cōsentaneus: discutiendū nobis est. Iam illud in primis fatis cōstat in testamēto nouo quoties aliquid uenerit in dubium ad originē græcā esse recurrendum: cum præsertim nulla talis equiuocatio in græcis reperiatur nisi admodum raro. Atqui in græco pro eo quod nos habemus traducere παραδειγματιζειν habetur quod significat in in exēplū dare aut exēplū facere. aut si uolumus uerbū ex uerbo interpretari ut sic dicā exemplare quod hispane dicitur dexemplar. nā paradigma est exemplū & inde paradigmatizomæ exēplum trado aut in exemplū do siue traduco quod uerbū potius elegit interpres: quia tantūdem polleret. cuius significatio omnibus tūc erat nota: quemadmodū hominibus nostri sæculi abstrusa & occulta. nā poterat lectionem græcā secutus interpres uertere cū nolet eam in exemplū dare quēadmodum apud comicos legimus frequenter ut in oratione demosthenis cōtra æschinē. præcipuum quidem fuerit si potest: occidatur: sin minus uiuētiū cæteris exemplū faciatis. pro quo in græco παραδιγματοιησασθω legitur. unde & apud poetas p graui & atroci pœna ponitur exēplū quod hispane dicitur escarmiēto. sed quia huic quod est græce παραδιγμασησαι non respondet latine uerbū quod æque polleat nā id esset exēplare. interpres accepit aliud quēadmodū dixi illis tēporibus frequēs nostris sæculis minus usita tū hoc est traducere: quod significat eo modo circūferre & ludibrio exponere quēadmodū nostro sæculo polygami & læne mitellatæ circūferuntur per urbis uias celebres aut in scalario gradu proponūtur plebi deri deindæ. in hac significatione accepit Iuuenalis cū dixit. Altera quos nudo traducit gallia talo. & Martialis de delatoribus traducta est geticis nec cœpit arena nocētes. Idē alio in loco rideris multoq; magis traduceris afer in medio nudus si spaciere foro. Propertius elegiarū li. ii. nec sic infamis totam traducerer urbem. & Papinius in siluis: nēpe ego sum qui traducor ait. Liuius libro. ii. Aburbe cōdita de uolscis uoce præconis a spectaculis exactis nos inquit omnibus ciuibus peregrinis spectaculo abeūtes fuisse: uestras cōiuges. uestros liberos per ora hominū traductos. Trāquillus quoq; in nespasiano delatores inquit assidue in foro flagellis ac fustibus cæsos ac nouissime traductos per amphitheatri arenam. eiusdē prope significationis est uerbum quod a græcis dicitur catamidiare hoc est deridere & ludibrio exponere. quo uerbo usus est Aelius spartianus de cōstitutionibus hadriani cæsaris

decoctores inquit bonorum suorum autoritatis essent catamidiari in amphitheatro ac dimitti fas sit. ex quibus colligitur traducere & catamidiare citra mortem fieri solitum cum in adulterio deprehensa ex lege foret lapidibus obruēda. sed interpres latinus non potuit graeci uerbi nim exprimere quod utrūq; comprehendebat.

V. litteræ uarius usus. xlviii.

Littera apud latinos triplici fungitur officio. nā modo profertur quasi uocalis plena. ut deus tuus. modo ut uocalis liquida. idest cū sequitur post. q. semper: aut post. g. &. s. aliquādo. ut aqua. lingua. suauis. modo ut consonans: hoc est quādo ferit sequentem uocalem: ut uado. uenio. Hebræi. u. liquidam nō habent: quia f apud illos aut uocalis est aut cōsonās. sed uocalē per apices consonantem per propriā figurā designant. Græci neq; habēt. u. liquidā: neq; u. consonantē: sed proferūt uocalē: cui tamē nō dederūt propriā figuram qua possent illam scripto representare: sed supplēt illius sonum per oy. diphthongū. Quod si uerba hebraica in suā linguā interpretari uolunt pro. u. consonāte trāsferūt. oy. diphthongō quā proferūt quasi uocalem. Quæ uero apud hebræos post a. uel. e. u. cōsonantē habēt græci per au. & eu. diphthongon satis cōmode scribūt. ut auoth. esau. eua. casleu. ubiq; proferētes quasi per. u. cōsonantē. Cū uero latina uocabula in suā linguā adsciscūt. u. uocalē per oy diphthōgon scribūt. u. quoq; cōsonantē latinā æque per oy. diphthōgō designāt: & nihilominus quasi uocalē proferūt: ut uespasianus. siluanus. hoc est prius nomē sex syllabis. sequēs quattuor. At uero. u. liquidā post. q. modo expūgunt. ut pro eo quod latini dicunt quirinus ipsi cyrinum transferūt dispūcta. u. littera. Vt in euāgelio Lucæ Hæc inquit descriptio prima facta est a præside syriæ cyrino. modo uertunt illā in. u. uocalē. ut pro eo quod latini dicunt quartus per. u. liquidā: ipsi cuartus per cappa & ou. diphthongō uocalē interpretātur. ut Paulus in calce epistolæ ad Romanos. & iterū secūdæ ad timo. Illud uero nō possum nō mirari: cur Hieronymꝰ qui dixit p eo quod est quirinus inter latinos & a græcis scribi cirinus: cur rursus cum ex græco interpretatur in sermonē latinū scribit cirinus & non quirinus? Sed esto quæ ab hebræis per. u. cōsonātē scribūtur proferūturq; græci per ου diphthōgō scribāt: & per sonū. u. uocalis enūciēt necessitate possunt excusari: quoniā ut diximus. u. consonantē nō habēt. At latini qui nō minus q; hebræi. u. consonantē habēt: qua ratione se tueri possunt. u. cōsonantē proferentes quasi

uocalē.&.u.uocalē rursus quasi cōsonantē.ut quod in libris Regum & in Paralipomenis sæpe scribitur saruia p matre ioab eadēq; sorore dauid regis.& quod in Genesi mauiael pro filio ired.Quodq; iterū in.ii.Reg. uolumine.areuna iebusæus legitur apud hebræos.u.cōsonās est. quare a latinis quasi cōsonans est proferēda:nō ut uocalis:quemadmodū ab imperitis rationis ei? profertur. atq; ecōtrario quod in Daniele & in libro Ester scribitur asuerus. quodq; in Genesi p quodā filio aser iesua a quo in libro Numerorū est familia iesuitarū: quodq; in. iiii. Regū uolumine & in Esaia sepharuaim:nō per.u.uocalē ut isti legunt:sed per.u.consonātem proferenda est.

Zelotes pro cananeus. xlix.

SImon unus ex duodecim christi discipulis ad differentiam simonis petri cananæus cognominatus est:quod fuerit ex [illegible]ana ciuitate galileæ: in qua dominus aquam in uino mutauerat. Sed & si cana ex hebræo sermone interpretetur zelus in litteris sæcularibus nō liceret etymologiā proprii nominis interpretari: ut prō simone cananæo simon zelotes uerteretur:nō magis quā si pro gregorio theodoro phrōtisco uigilantiū deo datū prudētiū quispiā interpretetur. Aut propterea quod Plato interpretatur latus & athena sit minerua: pro Platone athenensi quispiā transferret latum minerualem. Quandoquidem nominū propriorū siue hominū siue locorū significatiōes & etymologiæ in aliā linguam uertendæ non sint:quod & septuaginta interpretes & qui post illos sunt secuti pertinacissime obseruarūt.nam quid absurdius dici posset:quam si pro eo hebraice dicitur Adam ex eua genuit abel: quoniam Adam interpretatur homo Eua mater uiuentium Abel uanitas siue uapor siue nihil hoc: quispiam interpretaretur homo ex matre uiuentium genuit uanitatem siue uaporem siue nihil hoc. Iure igitur hermolaus barbarus in thucydidis interpretatione Laurentiū uallam notat:quod p eo quod est ichthis græce latine est piscis aut qđ strabonis interpres paphyso cœlesyriæ oppido uiridariū interpretatus est:nō quod paradisus uiridariū hortūq; nō significet: sed quod nomina oppidorū propria sicut & hominū in quacunq; lingua retineri solēt. Apud autores tamen sacrarum litterarū quibus non solum nomina significāt res:sed etiā deinceps resipsæ possunt significare alias res: licet aliquādo non tantum nomina

sed etiã res ipsas quæ per ea significantur interpretari: & sic pro eo quod unus euãgelista dixit simon cananeus: alter dicere potuit simon zelotes: quod ex græco sermone interpretari in latinũ potest amator qui non patiatur cõsortem in eo quod amat. Hac eadẽ ratione defendi potest: quod Hieronymus in .ii. Reg. li. cap. interpretatus est el cana beniari a deo datus filius saltus. propterea quod el cana est a deo datus. ben filius. iarisaltus. E contrario fecit idem interpres in Genesi cap. xxxviii. pro nomine appellatiuo quasi proprium interpretatus. Vidit inquit iudas filiam hominis cananæi uocabulo sue: ubi cananeũ quod alioqui nomen est gentile siue aliquis de genere canaan: quemadmodum in hebræo legerat reliqui[illegible] in eo loco pro mercatore accipiatur. In qua significatione etiam accipiendũ est quod in calce Prouerbiorũ legitur. Sindonẽ fecit & uendidit & cingulum tradidit cananæo. nã utrobiq; cananæus pro mercatore accipi debet cũ sit alias ut diximus quispiã de gente canaan filii cham filii noe. Aliq[illegible]ndo etiã ab autoribus nomina propria transferũtur: sed nõ quasi propria: sed tanq; appellatiua. ut pro septem montibus africæ qui mari atlantico impẽdẽt: quos græci heptadelphos appellãt: Pomponius mela septẽ fratres dixit: quoniã ob similitudinẽ & æqualitatẽ inter se fratres dici possunt ob numerũ septem. Sed quando licitum sit huiusmodi nomina interpretari quando nõ licet: opus est partim prudentie partim fœlicitatis cuiusdam. prudẽtia inquam quia euẽtus est dubius quã in partem id quod audeas accipiendũ sit. ut si dueñas in dominas uerteris non absurde fortassis erit factũ illud plane ridiculũ si pro torde sillas iugum si ue turrem sellarum dicas: sed de alias pluribus.

Zona. I.

EGimus in euãgelo Matthæi cap. x. Nolite possidere aurum. neq; argentum. neq; pecuniã in zonis. In Marco etiã cap. vi. non peram. neq; in zona æs. Sed cum zona sit cingulum siue semicinctium: hoc est quod eregione umblici hominem cingit medium: quid sibi uult quod euangelistæ sc ibunt. pecunia siue æs in zona: aut quomodo pecuniæ in zonis cõportãtur. Nisi forte ut nos hispani cõsueuimus marsypia illa zonis appẽdere quæ pastores appellãt el caria: quod in illis deferre solent anulos ferreos silices & ignis escas hoc est fungos aridos & fomitem unde scintilla excussa rapit flammã. Nos uero non tale cingulum: sed corteum sacculum iutelligimus: qui pecuniis imposítis cingitur: de pro cinctu potest esse usui atq; uiatico importando:

UNIVERSIDAD DE MURCIA

Tales ſacculi ex corio me puero erãt: quo tempore nõ tam frequentes aurei atq; argentei nũmi uerſabantur: ſed ærei magna ex parte: quo uiatores cincti faciebant iter in eo viaticũ deferentes hoc eſt pecuniis adſumptus uiatorios. Itaq; zona non tam pro cingulo accipienda eſt quã pro marſypio & loculis nummorum refertis accipitur. Apuleius libro. vii. de aſino. Plotina inquit precioſiſſimis moniliũ & auro monetali zonis refertis incincta. Suetonius quoq; ſcribit uitelium zonam ſe aureorũ pleuam circũdediſſe. Spartianus etiã peſcenium nigrũ imperatorẽ iuſſiſſe ne milites in zonis nummos aureos uel argenteos portarent ad bellum. Lampridius quoq; alexaudrum cæſarem dicere ſolitum ait: miles non timet niſi ueſtitus. calceatus & ſatur & aliquid in zonula habẽs. & fe[illegible] hæc eſt cõſuetudo hiſpanorum ut cingulo burſam eſcariam appliceut: in qua portent nummos. Itaq; ſaluator noſter diſcipulis interminatur ne portent zonam. In hoc ſignificatu accepit Vulpianus in ti. de bonis damnatorum. l. diuus. neq; ſi zonã inquit circa ſe habuerit: protinus aliquis ſibi uindicare debebit. Accurſius zonã putauit eſſe cingulũ magni precii.

Aelii Antonii Nebriſſeũ. ex grammatico rhetor in cõplutenſi Academia atq; regii hiſtoriographi Annotationes quinquaginta in ſacras litteras explicitæ. Atq; ex impreſſione editæ in eodẽ oppido. Idibus Aprilis. Anno a natali chriſti. M.cccc.xvi.

UNIVERSIDAD DE MURCIA

Tabula superiorum quinquaginta annotationum per ordinem Alphabeti.

Arceuthina ligna quæ sint in paralipomenis.an.prí.
Artemon in actibus apostolorum quid est.an.íi.
Aurichalcum pro chalcolíbano in apocalypsí.an.iii.
Azotus pro asdod ciuitas & emporium arabiæ.an.iiii.
Bethsaida pro bethesda in euangelío Ioannis.an.v.
Bethdagon ídest templum píscis quid et ubi est.an.ví.
Camelopardalis quæ uulgo girafa quid est in deutorono.an.vii.
Cassides insigne nauis alexandrinæ in actíbus apo.an.viii.
Charadrius in leuítico & deutero.quæ auis.an.ix.
Cynus in daníele pro eo quod debet legí schinus.an.x.
Coemiterium pro eo quod uulgo legítur cimiterium.an.xi.
Collírida in leuítico & in líbro regum pro collícida.an.xii.
Daphne in líbro numerorū quid sít & cur adiectum.an.xiii.
Debora in genesí & líbro iosue legendum esse non delbora.an.xiiii.
Dextera in prouerbiis salomonis & per dígitos supputatío.an.xv.
Drama.atis.& drachma per.ch.& dragma per.g.& dramma.an.xvi.
Electrum in iezeciele bis posítum quid est.an.xvii.
Euroaquílo in actíbus apostolorum pro euro clydone.an.xviii.
Git síue melanthíonín esaia quod genus seminis.an.xix.
Gaius virí nomen per.g.proferrí posse & Caius per.c.an.xx.
Herba fullonum síue borith in malachia quæ est.an.xxi.
Iesus iosue iehosua ídem esse nomen & unde uarietas.an.xxii.
Ioannes pro iona posítum in euangelío Ioannis.an.xxiii.
Lustrum & olympías non quinq̄s sed quattuor annos habet.an.xxiiii.
Moses & moyses unde habet quod diuersímode scríbitur.an.xxv.
Mæníanum in ezra uolumíne cuíusmodi sít.an.xxvi.
Meditor uerbum aliud sígnificare q̄s præ se fert.an.xxvii.
Melíta ínsula ín actibus apostolorum esse legendum.an.xxviii.
Micol pro merob ín líbris regum esse posítam.an.xxix.
Mygale ídest mus arachneus quid est ín leuítico.an.xxx.
Non particula negatíua adiecta aut detracta.an.xxxi.
Onocrotalus in leuítico deutorono.& Esaía quæ auis.an.xxxii.
Pesach hebraícæ.phase latíne.& pascha græce ídem.an.xxxiii.

UNIVERSIDAD DE MURCIA

Phiton pro pythone perperam in sacris litteris legi.an.xxxiiii.
Porphyrio quæ auis est in leuitico & deutero.an.xxxv.
Scruta in tertio regum & neemia quæ sunt.an.xxxvii.
Scutulata uestis quæ sit in psalmis & iezeciele.an.xxxviii.
Sedere ad dexteram quomodo accipiatur.an.xxxix.
Symbolum in articulis fidei quid significet.an.xl.
Sin pro sed si & pro si non uariis modis accipi.an.xli.
Simila & similago quid sit in scriptura sacra.an.xlii.
Striatus non histriatus legendum esse.iii.Regum.an.xliii.
Stibium in ieremia & quarto regum quid est.an.xliiii.
Taiitha in marco & tabitha in actibus apostolorum.xlv.
Tibiicines in matthæo cur adhibentur funeri.an.xlvi.
Traducere in euangelio matthæi quid sit.an.xlvii.
V.uocalis & consonantis uarius usus.an.xlviii.
Zelotes & cananæus idem significare.an.xlx.
Zona aliud significare q̄ quod est in promptu.an.l.

Explicita est tabula.

UNIVERSIDAD DE MURCIA

Aelii Antonii nebrissẽsis grammatici atq; regii historiographi repetitio septima de ponderibus. quã recitauit in salmanticensi gymnasio. in idus Iunias. Anno. M.D.XI.

QVm omnes meę repetitiones Patres obseruandi atq; studiosa iuuẽtus: nouitatis aliquid simul & utilitatis præseferant: tum imprimis quam hodie uobis sum recitaturus: uix dici potest: quot omnibus in commune sit commoditates allatura. Atq; ut alias omittam: quę ad artem grammaticam pertinebant: quemadmodum ex superioris anni disputatione: quę fuit de longitudinum latitudinum profunditatũq; dimensionibus: multę quęstiones quę adhuc latebant: fuerunt explicatę: cum certam legitimamq; pedis mensuram tradidimus: ita hodierno die ex eo sermone quem facturi sumus: cum fuerit a nobis ostensum quid est illud minimũ: quod reliqua pondera metiri debet: infinitos autorũ locos extricabimus: qui adhuc ignorabantur. Nam quis hodie scit talentum quo pondere nullum est maius quantum auri siue argenti atq; pinde aliarũ rerũ appendat?

Aut quid ad rem confert dicere quod libra constat duodecim unciis. uncia drachmis octo. drachma sex scrupulis. scrupulus sex siliquis: cũ siliqua quid sit: pauci admodũ nouerint? Nam quod quidam illud minimũ quod alia metiri debet: ad hordei. spelte. lẽtis. lupini semina. oliuęq; ossa referũt: & quod est apud nos hodie in usu granum tritici: quo aureorum numerorum intertrimenta metiũtur: quid inconstantius: quid magis uarium: quid incertius excogitari potuit? Quasi nõ sit genus quoddam tritici: quod alteri comparatũ duplo proponderat? Atq; in eodem genere ex terra a multis annis prosciſſa non sit multo grauius eo: quod ex efœta prouenit? Plus aliquid dicã: ex eadẽ numero spica granũ aliud alio propendet. Frit a M. Varrone in primo de rustica libro uocatur in summa spica iam matura: quod est minus quã granũ. Quod uero infirma & immatura spica minus quã frit: appellatur urũcus. Varro.

Quid igitur ex tanta granorũ tritici uarietate in dignoscendis ponderibus certi aut definiti habere possumus: si quod alia metiri debet: tam uariũ incertumq; est? Dicet uero quispiam quid est ergo illud minimũ: quod in genere grauiũ reliqua metiri debet: estq; in rerum natura minus uariabile: si nõ tritici. nõ hordei. nõ spelte. nõ lupini semina. nõ oliuę ossa id

UNIVERSIDAD DE
MURCIA